Im Zusammenhang mit der Münchener Sammlung sei auf eine ganz ähnliche Sammlung in der Berliner Handschrift *Lat. Fol. 744* (*Görres 41*) hingewiesen. Die Handschrift stammt aus dem Zisterzienserkloster Himmerod. Nach der Angabe des Kataloges von F. Schillmann [22] gehört sie dem 13. Jahrhundert an. Soweit sich aus der unvollständigen Beschreibung des Kataloges ersehen läßt, stimmt die Anlage der Sammlung von n. 32-84 sehr weitgehend mit der Münchener Sammlung (von n. 33 an) überein. Ein auffallender Unterschied besteht darin, daß der Brief Hugos an den Erzbischof Johannes von Sevilla (*Ep.* 3 = *M.* I,80), der in der Münchener Sammlung erst gegen Schluß steht (n. 198a), schon an früherer Stelle, nämlich nach n. 91 der Münchener Sammlung, eingefügt ist. Ein weiterer Unterschied liegt darin, daß die Berliner Sammlung um einige Stücke kürzer ist, da sie mit n. 197 der Münchener Sammlung (*M.* I,75) abbricht. Einige Stücke der Münchener Sammlung (n. 147, 163) scheinen in der Berliner Sammlung zu fehlen ; im Katalog sind sie jedenfalls nicht erwähnt. Mehrere summarische Angaben des Kataloges, wie z. B. « es folgen *Misc.* I, 18-34 », « es folgen *Misc.* I, 64-73 », lassen nicht erkennen, ob alle einzelnen Stücke, die in der Münchener Sammlung von den angegebenen Stücken umschlossen werden, auch in der Berliner Sammlung vorhanden sind. Die meisten Stücke der Berliner Sammlung, wenn auch nicht alle, sind mit einer Überschrift versehen. Diese Titel stimmen aber nur zum geringen Teil mit der Münchener Sammlung überein. Soweit sie von der letzteren abweichen, stimmen sie in vielen Fällen mit den Überschriften der Sammlung von Brügge überein [23].

21. In der Überschrift sind beide Sentenzen berücksichtigt : *Quod sit corpus eternitatis et que mater artium.* Bei Migne lautet die Überschrift zu *M.* I,32 : *De serie temporum et amandorum ratione.*

22. F. Schillmann, *Verzeichnis der lateinischen Handschriften der Preußischen Staatsbibliothek zu Berlin* III : *Die Görreshandschriften*, Berlin 1919, 38-43. Ich kenne die Handschrift nur aus dem Katalog.

23. Von den im Katalog angegebenen Überschriften der Berliner Sammlung

Die Stücke 1-31 der Berliner Sammlung, die kein Gegenstück in der Münchener Sammlung haben, enthalten eine Reihe sicher echter Abhandlungen Hugos : *De institutione novitiorum* (n. 1), *Explanatio in Canticum B. Mariae* (n. 2), *Institutiones in Decalogum* (n. 3), *Sermo « Semel locutus est Deus »* (n. 6) [24], *De sacramentis christ. fidei* II, 14,8 (n. 20), *De verbo incarnato collatio I* (n. 28), *De sacramentis legis naturalis et scriptae* (n. 30), *De sacramentis christ. fidei, prologus* und I, 1-30 (n. 31), und dazu eine Reihe von weiteren Stücken aus den ersten zwei Büchern der *Miscellanea* : I,96 (n. 4), I,99 (n. 5), I,159-160 (n. 7-8), I,163-170 (n. 9-15), II,78 (n.16), I,97-98 (n. 17-18), I,173 (n. 19), I, 175-179 (n. 21-25), I, 61 (n. 26), I,76 n. 27), II, 1-62 (n. 29) (= *Metz 1230*, n. 3-58).

Wahrscheinlich darf man die beiden Teile der Berliner Sammlung in ihrer Gesamtheit als literarisches Eigentum Hugos von St. Viktor ansehen.

Eichstätt. L. Ott.

haben folgende eine Entsprechung in der Sammlung von Brügge : n. 42-49, 54, 56-65 ; vgl. die Sammlung von Brügge n. 33-34, 41-42, 49-50, 58-59, 66, 101-102, 113-117, 119-121.

24. PL 177, 289-294 : *Quomodo sermo Dei unus est.*

Questions inédites de Hugues de Saint-Victor *

IV. — [De sacramentis].

35 (70). [De definitionibus sacramenti] C 119r-119v.

Videndum est quid sit sacramentum, et que est causa et in quo consistat. Sacramentum est uisibilis forma inuisibilis gratie. Vel sacramentum est signum. Vel secundum h⟨ugonem⟩ sacramentum est naturale signum ex similitudine representans, ex institutione significans, ex sanctificatione conferens specialem gratiam.

Causa eius triplex : eruditio, humiliatio, exercitatio. Eruditio, ut per exteriorem ablutionem erudiremur de interiori ; humiliatio, ut in natura nobis inferiore non tantum ab ea speraremus salutem ; exercitatio, ne in noxia occupemur superstitione.

In quo consistit ? In tribus, scilicet rebus, dictis et factis ; rebus, ut aqua ; dictis ut : In nomine patris et filii et spiritus sancti ; factis, ut iustificatione ; et sic in ceteris potest uideri.

Nous ne présentons certes pas cette question comme un écrit de Hugues de Saint-Victor, puisqu'il est cité comme un théologien du temps. De fait, cette définition *secundum h.* est celle du *De sacramentis*, l. I, p. 9, c. 2 (PL 176, 317 D). La suite de l'exposé s'inspire aussi du même ouvrage (c. 3, 4, 6).

36 (49). [De baptismo] C 110r-110v.

Quatuor modis alii ab aliis spiritualiter renascuntur, sicut et carnaliter nascuntur. Aut enim per bonos nascuntur boni, sicut per Abraham natus est Isaac ; aut per malos mali, sicut de Agar natus est Ismael ; aut per bonos nascuntur mali, ut de Isaac natus est Esau reprobus ; aut per malos nascuntur boni, sicut de ancillis concubinis Iacob boni filii nati sunt, qui postea benedictionem patris hereditauerunt. Pari modo his quatuor generibus, spiritaliter homines renascuntur. Per bonos boni renascuntur, cum per sanctos sancti baptizantur, sicut Ananias Paulum baptizauit. Per malos mali, cum et qui baptizant et qui baptizantur impie uiuunt, ut Iudas proditor, si quem sui similem baptizabat, malus malum portabat. Per malos boni, cum mali sunt qui baptizant, boni qui baptizantur ;

* Voir *Rech. Théol. anc. méd.* 26 (1959) p. 177-213.

exempli causa, si quos tales Iudas baptizabat quos Dominus admonet esse cum dicit : *Que dicunt facite ; que autem faciunt facere nolite* [*Mt.* 23, 3], malus bonos baptizabat. Per bonos mali, cum boni sunt qui baptizant et mali qui baptizantur, ut a Philippo sancto Simon magus baptizatus est ; unde nemo desperet etiam si ab heretico sit baptizatus, tamen non imitetur hereticum. Qui enim nascitur de ecclesia catholica tamquam de libera nascitur, qui autem de heresi tamquam de ancilla. Sed legimus quod habuit Iacob uxores liberas et ancillas. Sed sicut illi boni fuerunt qui de liberis, ita et illi qui de ancillis nati sunt ; unde et simul possederunt terram repromissionis cum fratribus suis ; non obfuerunt illis natales ancillarum, sed preualuit semen paternum ; sic et qui per malos baptizantur quasi de ancillis quidem nati, cum ex semine uerbi Dei hereditatem regni celestis cum fratribus possidebunt.

37 (72). [De baptismo] C 120v.

In pueris baptizatis non tantum immensa Dei misericordia apparet, sed etiam quedam ratio congrua attenditur. Sicut enim aliunde peccauerunt, et aliunde saluari possunt. Neque enim ex se, id est ex propria voluntate rei facti sunt, sed ab alieno reatu, scilicet Ade, maculam contraxerunt ; unde et preter uoluntatem propriam, id est sine affectu proprie fidei, in fide patrinorum siue ecclesie matris, per baptismum iuste et misericorditer saluari possunt.

38. [De penitentia] T 113v.

Penitentia est remedium contra duo : contra reatum et penam reatus. In penitentia sunt duo : dolor interior et conuersio exterior. Penitentia est commissa deflere et deflenda non committere. Hec definitio non data est secundum causam sed secundum effectum. Est alia diffinitio secundum causam : penitentia est inspirata mentis conuersio ueniens ex timore gehenne et amore uite eterne. Penitentie multa sunt genera. De criminalibus duo principalia : solempnis et priuata. Solempnis est unica penitentia et est de publicis et apertis ; priuata de occultis.

39 (71). [De eucharistia] C 119v-120v.

In sacramento autem altaris quod eucharistia dicitur, id est bona gratia, quadam prerogativa, eo quod ibi sit ipse Christus personaliter, tria considerantur : sacramentum tantum, et simul res et sacramentum, et res tantum.

Et sacramentum tantum : illa uisibilis species sub qua latet uerum corpus Christi, scilicet forma et sapor panis que remanent ibi ad nostram utilitatem, ne infirmitas nostra abhorreret si carnem uiuam sibi offerri uideret. Sicut enim Deus in ea forma apparere uoluit in qua flagellari et crucifigi posset, similiter in ea specie manducari uoluit quam animus non formidaret humanus ; unde et illud quod uidetur panis dicitur, non propter substantiam panis, sed propter formam que in illa substantia est ; sed sub ea et in ea latet res, id est uera Christi caro. Hic autem panis

similitudinem habet illius rei,scilicet corpus Christi, cum est sacramentum ; sicut enim unus panis ex multis conficitur granis, ita et corpus Christi ex multis constat membris, uel ecclesia ex multis fidelibus ; quomodo autem qualitas panis et uini ibi sit et tamen in nullo subiecto, penes ipsum est cui nichil impossibile, qui uterum uirginis intrauit clausum et clausum exiuit.

Res simul et sacramentum est ipsum corpus Christi : res est quia ibi uere est et tamen sensibus nostris uelatur ; sacramentum que signat et efficit capitis et membrorum unionem, cum qua talem habet similitudinem, quod sicut multa membra sibi corpus unit, ita et illa unio spiritualis multos fideles in unum iungit, et sicut multi cibi ab uno incorporantur, ita et participatione illius unionis multa membra uniuntur suo capiti.

Res uero tantum est illa unio spiritualis qua soli predestinati participant. Que quandoque caro et sanguis appellatur. Unde : *qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum habet uitam eternam* [*Io.* 6, 55].

Hoc etiam sacramentum, non solum eucharistia sed uiaticum appellatur ; cibus enim anime est in hac peregrinationis uia necessarius contra frequentes lapsus et ualet ad delenda uenialia et refrenanda uitiorum incentiua ; prodest etiam mortuis. Unde David : *parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me* [*Ps.* 22. 5].

Hoc autem sacramentum in duplici specie, scilicet panis et uini, celebratur et sumitur, et totus Christus sub specie panis, totus sub specie uini. Que ergo necessitas hoc sacramentum in duplici specie conferri ? Ut duplex tuitio, scilicet corporis et anime, signaretur dari per illud : in sacramento corporis tuitio corporis contra motus illicitos ; in sacramento sanguinis qui animam significat tuitio anime contra temptationes diabolicas, ut possit resistere spiritualibus nequitiis. Nonne in altero horum hec duplex tuitio datur ? Utique, sed non ita expresse dari signatur. Cum ergo integre et totaliter in pane, totaliter in uino sumatur, nonne bis sumitur ? Non. Unum est enim sacramentum una consecratione celebratum, etsi plures habeat partes, quare quidquid dicitur sacramentum, ut forma, eleuatio, fractio etc., tamen unum est altaris sacramentum. Similiter in baptismo multe partes sunt, sicut immersio, unctio etc., unum tamen sacramentum baptisma. Quoties enim celebratur toties sumi dicitur, et cum panis transeat in uerum corpus Christi, tamen non uertitur in animam uel in deitatem, sed in solum corpus qui non est sine anima, sine deitate ; per corpus intelligitur quicquid ad ipsius pertinet naturam ut caro, sanguis, ossa etc. Et similiter uinum solummodo in uerum sanguinem Christi transit, id est in uerum corpus Christi quod unitum est anime, unitum est deitati ; per sanguinem enim intelligitur quicquid ad naturam eius pertinet ut caro, ossa etc., et hoc est corpus ; fractio quoque in unitate ibi est, sicut rotunditas, tenuitas, sapor et tamen in nulla substantia. Iam enim substantia panis non est ibi, immo impassibile corpus Christi, quod immortale, infrangibile est ; quod enim frangitur est sacramentum quod uidetur, non quod non uidetur. Unde Apostolus : *panis quem frangimus* etc. [*I Cor.* 10, 16] ; non dicit : corpus quod frangimus, scilicet panis quem frangimus frangi,qui panem nichil aliud est quod sacramentum quod prius apparebat rotundum modo apparere oblongum uel triangulum uel aliquid huiusmodi. Cum igitur nichil ibi fantastice geratur nec sensus exte-

rior illudatur, quid est dicendum ubi est illa fractio ? In sacramento. Dicit enim Augustinus : Cum Christus manducatur, non tamen partes facimus, et tamen illud fit in sacramento, quod est : sacramentum diuisum apparet. Qui enim subtantiam fecit quandoque subsistere sine forma, ut illud informe chaos, potest quandoque, si placet, formas statuere sine substantia, sicut in hoc sacramento. Aqua apposita similiter uertitur in uerum Christi corpus et figurat fidelem populum sanguine Christi redemptum ; pars sacramenti que ponitur in patena figurat Christum sedentem ad Patris dexteram ; pars in calice posita Christum in sepultura ; pars a sacerdote sumpta Christum ambulantem in terra.

Quod dicitur : nulli sacramento facienda est iniuria, hoc est : nullum iterandum est secundum se totum, sed secundum partem que potest iterari, ut in eadem aqua baptismi alia intingatur persona, in altari alia consecretur hostia ; non eadem persona bis baptizetur, non eadem hostia bis consecretur, et sic de ceteris. Panis super altare transit in uerum corpus Christi, nec remanet id quod erat ; similiter et uinum in sanguinem, scilicet corpus in aliud corpus, substantia in aliam substantiam, res in aliam rem, et hoc fit ui uerborum Christi que sunt forma huius sacramenti, scilicet : *hoc facite in meam commemorationem* [*Lc.* 22, 19]. Alia quidem uerba adiuncta sunt ad ornatum huius forme. Solus autem Deus hic inuisibilis operatur, licet minister uerba proferat. Unde David : *parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me* [*Ps.* 22,5] ; et alibi : *parasti cibum illorum, quoniam ita est preparatio eius* [*Ps.* 64, 11]. Panis ergo uertitur in naturale corpus uel spirituale, hoc est in quale modo est sedens ad dexteram Patris quod scilicet in uirgine conceptum, quod in cruce conceptum [*lire* : passum]. Cum igitur panis transeat in corpus Christi et corpus sit animatum et deitati unitum, uertitur panis in totum Christum, scilicet in animam etiam ac deitatem, uel unum in alterum ? Absit. Maxima enim dissimilitudo est inter corpoream rem et incorpoream. Res etenim que eiusdem communionis eiusdemque nature sunt mutuo inter se conuerti solent. Panis igitur tantum in Christi corpus cui unita est anima, unita est deitas uertitur ; uinum in sanguinem qui fluxit de latere Christi, scilicet solidum in solidum, liquor in liquorem. Verumptamen species, sapor et alie panis qualitates remanent, nec tamen inde corpus Christi accidentatur, id est more aliorum corporum afficitur, sed sub illis latet ueritas illius quod est ad dexteram Patris ut sensu percipiatur exteriori sacramentaliter, interiori spiritualiter, scilicet fide et devotione. Unde : *posuit tenebras latibulum suum* [*Ps.* 17, 12], et : *ponite corda uestra in uirtute eius* [*Ps.* 47, 14]. Ad hoc, inquam, remanet species panis etc. ut quod non habet in sua in natura haberet aliena. In natura etenim propria est indiuisibile, incommestibile, infrangibile est, in natura uero aliena, id est in specie panis, habet rotunditatem, tenuitatem, saporem etc. Diuiditur, frangitur, dentibus atteritur, intus traicitur. Unde Apostolus : *panis quem frangimus et calix cui benedicimus nonne communicatio corporis et sanguinis Christi est ?* [*I Cor.* 10, 16]. Quod igitur incorruptibile est sacramentaliter frangitur. Neque enim aliena propriam euacuat naturam, neque altera alteri preiudicat, sed in aliena frangitur specie, in propria integrum manet. Habet etiam quiddam speciale quod alia corpora non habent, quod sicut in hoc altari est et totaliter et integraliter sumitur idem et eodem modo

eodemque momento aliis in locis pluribus est et suscipitur, idem ad dexteram Patris sedet. Nec mirum ; est enim sacramentum sacramentorum, sicut cantica canticorum, sancta sanctorum, sabbata sabbatorum. Omnia enim sacramenta alia causa hec sunt et huic subseruiunt ut fiat coniunctio capitis et membrorum, unio Christi et Ecclesie, amplexatio sponsi et sponse.

Panis et uinum que per uerba sacerdotis in altari consecrantur de substantia materiali panis et uini in substantiam ueri corporis et sanguinis Christi transeunt ; forma uero et sapor, rotunditas et color, fractio etiam licet remaneant, non sunt tamen in corpore et sanguine Christi, sed sunt uelamina corporis sensibus speciei inuisibilis sacramenti. Unde : *posuit tenebras latibulum suum* [*Ps.* 17, 12] ; res enim spiritualis est, nec tamen sacramentaliter sed etiam spiritualiter, scilicet fide, percipienda est. Unde : Crede et manducasti ; fide enim ac dilectione uideri, id est intelligi, potest. Quomodo autem species retegit inuisibilem nec tamen in ea est, supra humanam rationem et penes ipsum est qui hoc potest. Sed ponamus corda nostra in uirtute Dei, cum ueneratione credentes illum specie que eius propria non est posse tegi qui potuit de Spiritu Sancto concipi, de uirgine utero clauso nasci, clausis ianuis ad discipulos ingredi, qui etiam eodem momento ubique totus et indiuisus esse potest, et totus integer a singulis percipi, ab indignis quidem sacramentaliter tantum, sacramentaliter uero et spiritualiter a dignis. Cibus iste non descendit in uentrem, sed saginat mentem et ab amore uisibilium rerum alienat et ardore dulcedinis superne inebriat ; non enim incorporatur, sed incorporat, id est unit sibi quosque fideles ut de spiritu eius uiuant quicumque ipsius sunt, sicut membra hominis, non de alterius sed de ipsius spiritu uegetantur et reguntur. Quicumque igitur membra eius non sunt, de spiritu eius non uiuunt ; sed, licet sacramentum dentibus teratur, non tamen ex⟨inde⟩ incorporantur, sed consumuntur : iudicium enim et dampnationem sibi manducant. In hoc sacramento, ut dictum est, substantia in aliam transiens, nec quod prius erat remanens, eadem tamen secundum speciem que prius ibi fuerat retinet, fractionem scilicet, colorem, saporem etc., que sensualiter, non secundum prestigium uel delusionem, percipiuntur. Non enim sensus falluntur nisi in colore, gustu, tactu dentium in contritione etc., id quod uidetur, frangatur et conteratur ; ipsa tamen res que inuisibilis est, nec frangitur nec conteritur, sed tantum fide et dilectione, que ad hoc necessaria sunt, percipitur ; hic humanus sensus, humana ratio deficit. Quomodo autem hoc sit penes ipsum est qui omnia fecit, omnia potest ; fides tantum cum caritate ad hoc utilis et necessaria est, que quanto deuotius et sepius percipit tanto magis suos profectus ineffabili modo experitur. Panis ergo non in sanguinem uel deitatem que in anima, sed tantum in corpus Christi, cui hec unita sunt, transit, nec uinum nisi in sanguinem uertitur, et tamen qui uel corpus tantum uel sanguinem recipit totum integre Christum sumit in quo deitas, corpus, sanguis et anima indiuisibiliter in unitate persone unita sunt.

Corpus Christi sumendum est a fidelibus, non tantum inuisibiliter, id est spiritualiter, scilicet fide operante creditur, sed etiam sacramentaliter, id est sensualiter, ut unitas conseruetur ecclesie et ut sit uiaticum nobis ne deficiamus in hac peregrinationis uia. In presenti enim dignos promouet ad

Christum, in futuro associabit; hinc panem cotidie fides comedere debet. Unde Augustinus : Ut quid paras dentes et uentrem ? Crede et manducasti. Sacramentaliter etiam comestio, saltem semel in anno, necessaria est, quia unit ecclesie, remittit peccatum, munit contra peccatum.

La première partie de cet exposé distingue trois éléments dans l'eucharistie : le *sacramentum tantum*, à savoir ce qui apparaît aux sens : la forme, le goût du pain, les gestes extérieurs de l'élévation, de la fraction du pain ; la *res et sacramentum*, à savoir le corps du Christ : ce corps est une *res*, puisqu'il est une réalité, et il est *sacramentum* à la fois, puisqu'il signifie l'union spirituelle du Christ avec ses membres ; et enfin la *res tantum*, à savoir cette union elle-même. Le *De sacramentis* de Hugues de Saint-Victor reprend ces trois éléments : *species visibilis, veritas corporis* et *virtus gratiae spiritualis* (*De sacram.*, l. II, p. 8, c. 7 ; PL 176, 466C) ; mais la trilogie des formules (*sacramentum, res et sacramentum, res tantum*) a disparu. Au contraire, ces formules sont conservées dans la *Summa Sententiarum* (tr. 6, c. 3 ; PL 176, 140A). Est-ce à dire que la *Summa Sententiarum* se soit adressée à l'exposé que nous venons d'éditer ? Comme le P. D. Van den Eynde l'a déjà noté (*Les définitions des sacrements pendant la première période de la théologie scolastique (1050-1240)*, Rome 1950, p. 70), la même trilogie des formules se lit déjà chez Étienne de Baugé, archevêque de Lyon, dès avant 1112 (*Tractatus de sacramento altaris*, 17 ; PL 172, 1295D-1296A). Toutefois il est certain que la *Summa Sententiarum* s'est adressée, non pas à Étienne de Baugé, mais au texte de notre exposé, car elle présente certaines formules qui se lisent dans notre exposé et sont absentes chez Étienne de Baugé : telle la formule *tuitio corporis et animae* (*Summa Sent.* 142D) ; telle encore la formule *fractio, depositio, elevatio* (140A), qu'on retrouve assez fidèlement dans notre exposé : *forma, elevatio, fractio*. Il s'avère donc que la *Summa Sententiarum* s'est inspirée de notre exposé et que le *De sacramentis* s'en est davantage libéré.

V. — [De bono et malo in moribus].

40 (33 et 73). [De bono nature et gratie. De caritate] C 103^{v}-104^{v} ; 120^{v}-121^{v}.

Bona Dei alia nature, alia gratie. Bonum nature aliud uisibile, aliud diuisibile [*lire* : inuisibile]. Visibile : numerus et decor membrorum, et ualidum et agile corpus, etc. Inuisibile : pietas, iustitia, castitas, etc. Naturaliter enim anima seminarium habet omnium uirtutum, quippe ad imaginem Dei facta. Ex illa igitur impressione imaginis Dei lineamenta omnium naturaliter habet uirtutum, sicut pueri corpus in aluo matris in modum apicule formatum iam habet omnium lineamenta membrorum. Omnes ergo uirtutes naturales sunt ; hinc et quidam naturaliter casti sunt, quidam habent iustitiam et quasdam alias uirtutes, et tamen fidem non habent. Sed sciendum est quod omnis uirtus inquantum naturalis merito caret, immo culpam habet, nisi eo modo quo debet, scilicet in fide, administretur. Si autem oculus cordis fide mundetur et caritas naturales fermentet uirtutes et suum saporem redigat, scilicet ut homo sit iustus et castus propter Deum, tunc inquam uirtutes remuneratione digne sunt ;

neque enim bona nostra que sunt ex natura, sed sua dona que sunt ex gratia coronat Deus. Sola igitur bona gratie premium expectant.

Bona uero gratie, alia bona uie alia patrie, scilicet alia euacuabuntur, alia consummabuntur. Bona uie : sacramenta, fides, spes et quedam alie uirtutes que, peracta uia, non erunt necessaria. Bona patrie : caritas, iustitia, que in patria consummabuntur, ubi Deus perfecte diligetur, ubi quod suum est absque contradictione cuique reddetur, scilicet quando ratio perfecte Deo subdetur, rationi sensualitas, sensualitati caro et ita pax omnium Deus et omnia in omnibus.

Bona igitur nature et bona gratie omnia ab uno, id est a Deo. Sicut enim est unus omnium creator, ita et unus est omnium reparator. Bona uero gratie bona reparationis sunt. Bona reparationis : alia que transeunt, alia que remanent, id est ad tempus, alia in tempore et sine tempore. Illa etenim que transeunt adminicula sunt et ad tempus necessaria ut uiaticum in uia ; peracta autem uia, iam illa ulterius non erunt necessaria. Sicut enim succenso igne, stupa et stipula et arida ligna iam non sunt necessaria, similiter fides, spes et quedam alie uirtutes, id [*lire* : et] quedam alie anime affectiones, que sunt adminicula ad nutriendam caritatem, consummata caritate ulterius iam non sunt necessaria, quia sicut ignis a seipso, id est a parua scintilla surgit, et appositis adminiculis stupa, stipula aridisque lignis in magnum rogum adolescit, similiter et caritas a seipsa, id est a quadam scintillula et radice naturali surgit et adiunctis fomentis fide, spe aliisque anime affectionibus, de scintilla in ignem grandescit et de igne in caminum excrescit ; in uia ignis, et in patria caminus erit ; unde : amor Dei... a. i. f. et i. d. (l).

Sicut igitur omnia nature sunt a creatore, similiter omnia reparationis sunt a caritate. Caritas autem motus anime est. Anima⟨m⟩ autem, que mobilis est, duo sunt que mouent : timor et amor. Si autem timor mouerit animam ut ea propter iehennam a malo cesset et malum abhorreat, cum anima mobilis sit et otiosa esse non possit, nec ad malum moueri audeat propter iehennam, iam oportet ut ad bonum se accingat. Neque enim odio perfecte malum habebit nisi eius contrarium diligat uel diligere incipiat. Unde timor ille initialis dicitur, quia illam suscitat scintillam naturalem et initiat caritatem. Quod si timor amittende pecunie, uel timor infamie uel alicuius temporalis incommodi mouerit animam ne accidat quod timet, ipsa potius fraudem, periuria, homicidia et alia nefanda incurrit, et hic dicitur timor mundi, et scintillam non tantum non suscitat, sed extinguit. Si autem amor ueri boni mouerit eam, iam amor iste ex illa naturali radice caritatis surgit et habita fide caritas dicitur ; sine hac enim nullum meritum est. Quod si proprie amor glorie et amor alicuius uanitatis, scilicet horum uisibilium eam mouerit ut ea creatori preferat, profecto amor peregrinus et accidentalis est ; neque enim ab illa naturali scintilla caritatis surgit nec eam fouet, sed suffocat. Unde ne [*lire* : nec] caritas dicitur, sed cupiditas. Cum igitur anima mobilis sit nec otiosa esse possit, semper alicunde mouetur, et si timore uel amore ad bonum mouetur, procul dubio caritas in ea suscitatur. Omne enim bonum caritas inchoat et consummat. Cum igitur anima ad diligendum et querendum uerum bonum moueatur et tamen ignorat uiam qua ad illud perueniat, caritas, id est spiritus sanctus diffusus

in corde, insinuat uiam, id est Christum, et ut uideatur uia illa et teneatur oculum interioris hominis macula peccati caligantem fide mundat et sic purgato oculo primus in uia datur profectus ; fides enim primum donum est quod meritum habet et fundamentum omnium bonorum sine quo impossibile est placere Deo. Informis quippe anima est que fidem non habet ; fides autem forma anime, immo reformatio et reparatio prime imaginis Dei est. Credere enim in Deum, id est credendo et diligendo, tendere in ipsum ut sit meritum eius reparat eam et formosam reddit et Deo gratam. Similiter et angeli creati sunt et dicti quasi informes antequam ad diligendum creatorem conuerterentur. Conuersio igitur ad diligendum eum a quo facti sunt, hec quidem eorum formatio et primum meritum. Illi autem qui ex superbia conuerti noluerunt sed creatori inuiderunt in informitate sua remanentes corruerunt. Sic anima in informitate sua, id est in infidelitate sua remanens, in consortium illorum corruentium corruit. Prima igitur forma anime cordis ad Deum conuersio que est fides operans per Deum. Sed quia uia longa est et unica et arcta et uehemens desiderium tendentis ad patriam, idcirco opus est solatio ne in uia deficiat uel ab hoc desiderio tepescat. Caritas igitur, id est spiritus sanctus, qui prius inspirauit fidem, inspirat et spem, ut anima uerum bonum quod adeo feruenter desiderat, quod iam ex parte, scilicet fide cognoscit, cuius uiam iam tenet illud in quam quandoque se habituram sperat. Hoc itaque modo spes sequitur fidem et datur in adminiculum huius uie et consolationem, patientemque facit et longanimem. Spes igitur, que est expectatio futuri commodi et certitudo premii ex precedentibus meritis ueniens, non est sola gratia sicut fides, sed et gratia et premium ; dat enim Deus gratiam pro gratia. Fides uero habita et spe sequente, sequitur caritas. Nec tamen fides sine caritate, alioquin non haberet meritum, nec esset christianorum, immo dici posset demonum ; *credunt enim demones et contremiscunt* [*Jac.* 2, 19]. Fides autem in saporem caritatis redacta, ut scilicet quod creditur diligatur, hec proprie christianorum est. Iterum nec spes sine caritate ; quomodo enim quis sperat quod non diligit ; alioquin non est spes, sed timor, scilicet non spes ut ueniat, sed timor ne eueniat. Ergo nec fides sine caritate, nec spes. Quomodo igitur illa duo sequatur caritas ? Per manifestationem ; utique illis habitis, maxime tunc apparet que prius quasi occulta latebat ; per effectus enim suos unaqueque res quod maxime declaratur. Caritas ergo omne meritum inchoat et consummat, et euacuatis adminiculis que ad tempus sunt utilia, ipsa sola manet, et in tempore quidem ut promoueat, sine tempore uero ut coronet : fidei namque et spei que sunt ad tempus, id est huius peregrinationis subsidia, alia duo succedunt, fidei spes, spei beatitudo ; hic enim dicitur : crede quod non uides, ibi dicetur : cognosce quod habes ; hic dicitur : spera quod queris, ibi dicetur : gaude quod tenes ; caritati uero nichil succedet, sed consummata perfectio adicitur, ut nichil ibi nisi caminus caritatis que in presenti quasi modicus fuit ignis. Sicut enim stipula et arida ligna et reliqua fomenta uertuntur in ignem ut nichil ibi sit nec appareat nisi ignis, ita in futuro fides, spes et alie uirtutes quedam, que sunt adminicula et huius uie solatia, ibi quidem in patria uertentur in caritatem ut nichil appareat nisi sola caritas. Et hec erit consummata iustitia, scilicet quando Deus perfecte diligetur ex toto corde, ex tota ani-

ma, ex omni mente, quod tunc erit quando nulla lucta, nulla rebellio erit de carne ad spiritum et caro erit immortalis, impassibilis, scilicet quando totus homo pacem intra et extra perfectam habebit. Amen.

On aura remarqué la première partie de cet exposé, relative aux vertus en général. L'auteur y parle de *virtutes naturales*. Il ne s'agit cependant pas de vertus acquises par l'exercice de la volonté; il s'agit uniquement de prédispositions naturelles à toutes les vertus. L'âme, étant créée à l'image de Dieu, contient en effet, en vertu même de sa création, les ferments des vertus ; c'est ainsi que certains sont naturellement chastes, d'autres naturellement justes. Ces « vertus naturelles » peuvent donc exister sans la foi. Mais, sans foi ni charité, elles n'ont aucun mérite ; et même, se faisant écho de l'axiome de saint Prosper : *omnis infidelium vita peccatum est*, l'auteur affirme qu'elles sont autant de péchés. Mais l'œil du cœur est purifié par la foi et, si la charité fait fermenter ces « vertus naturelles », c'est-à-dire si ces vertus sont pratiquées pour Dieu, *propter Deum*, elles deviennent méritoires ; ce ne sont plus des *bona naturae*, mais des *bona gratiae*.

Cette théorie n'est pas reprise par la *Summa Sententiarum* (tr. 3, c. 17 ; PL 176, 114 D), mais elle se retrouve dans le *De sacramentis* (l. I, p. 6, c. 17 ; PL 176, 273-274), enrichie toutefois de certaines précisions. Hugues distingue la *gratia creatrix* et la *gratia salvatrix*. De par la création, — qui est déjà une grâce de Dieu, — l'homme possède des *affectus ordinati secundum naturam* ; *gratia creatrix naturae conditae quaedam bona inseruit* ; mais ces vertus ne sont pas méritoires : *donum Dei sunt, non meritum hominis*. Hugues cependant ne reprend pas l'axiome de Prosper, car il concède que, si elles sont sans mérite, elles sont bonnes : *laudabiles sunt, quia bonae sunt et a natura sunt*. Mais il faut le redire, ces vertus ne sont pas des vertus acquises, constituant l'honnêteté morale naturelle ; ce sont des prédispositions natives à celles-ci. Un nouveau cas de la liberté avec laquelle Hugues précise, en les utilisant, ses propres vues antérieures.

Dans la seconde partie de son exposé, on notera que l'auteur dont nous avons édité le texte, par deux fois identifie la charité et le Saint-Esprit, *caritas, id est spiritus sanctus diffusus in corde*, préludant de la sorte à la théorie bien connue de Pierre Lombard.

41 (77). [De gratia et natura] C 123r.

Gentes naturaliter ea que legis sunt faciunt [*Rom.* 2, 14]. Natura quidem non excludit gratiam, immo gratia nature cooperatur et concordat et nichil boni ab ea discordat, unde et « naturaliter » dicitur, id est per naturam gratia reparatam, sicut alibi dicitur iustificari gratis per gratiam ipsius, scilicet per gratiam uoluntati cooperantem. Gratia enim non excludit uoluntatem ; sed quia gratia operatur uelle et perficere, ideo meritum uoluntatis gratie principaliter attribuitur. Unde : Nichil Deus in nobis coronat nisi misericordie sue dona. Et tamen uerum est : *reddet unicuique secundum* opus suum [*Rom.* 2, 6]. Omne enim opus tam uoluntatis quam actionis donum gratie Dei est.

42 (76). [De necessitate gratie] C 122v-123r.

Non quod sufficientes simus aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis [*II Cor.* 3, 5]. Sufficientia in bono est, defectus in malo. Ideo dicit sufficien-

tiam in bona cogitatione nos non habere ex nobis quasi totum sit ex nobis, sed partim a nobis, partim a gratia. Cogitare enim aliquid naturaliter a nobis habemus, sed cogitare aliquid boni non nisi a sola gratia nos preueniente, que mouet cor et ibi sine nobis operatur. Cogitare uero de bono sufficienter, id est bone cogitationi uoluntatem adiungere, non totum a nobis nec solum a gratia habemus, sed partim a nobis, partim a gratia cooperante. Unde Apostolus : *gratia Dei mecum* [*I Cor.* 15, 10]. Et Dauid : *ex uoluntate mea confitebor tibi* [*Ps.* 27, 7].

Quidam igitur de fide cogitant utrum in mortuum, crucifixum, resurgentem etc. credere debeant, sed sufficientiam hoc bonum cogitandi non habent, id est bone cogitationi uoluntatem non adiungunt, immo a gratia que cor mouens hoc cogitare dedit resilientes ⟨in⟩ incredulitate remanent. Quid est [*lire* : quidam] de fide cogitauerunt, nec tamen crediderunt. Quidam autem de fide cogitant, qui item a gratia preueniente, id est sufficientiam cogitandi a gratia cooperante habent, id est bone cogitationi uoluntatem adiungunt, quod est : prima gratia excitantur, sedem arbitrii libertate coercent, et hii meritum habent; illi uero non solum eo carent sed ex contemptu gratie maiorem reatum incurrunt ; spiritui enim sancto ⟨resistit ?⟩ qui eius beneficium gratie non suscipit. Itaque cogare [*lire* : cogitare] aliquid nature est, sicut uelle bonum quod fractum est iacens et per se surgere impotens. Quod tale uelle nichil aliud est nisi quod ratio iudicat faciendum. Cogitare uero aliquid boni sicut et uelle bonum quod est primum et erectum ad bonum, post peccatum solius gratie est ; ante peccatum enim ex prima conditione utrumque naturale erat, et tunc ad promerendum non preueniens ut modo sed sola cooperans gratia sufficiebat ; nunc uero cogitatio boni nec uoluntas erecta meritum habet nisi formam suam utraque habeat firma bone cogitationis sufficientia que partim a nobis partim a gratia. Unde Apostolus : *non sufficientes a nobis* [*II Cor.* 3, 5] quasi totum sit ex nobis forma uoluntatis reparate, amor qui similiter partim a nobis, partim a gratia. Unde hec uoluntas sepe careret effectu nisi gratia Dei suum uelle amare dederit.

43 (25). [De bono in actionibus] C 101^{r}-101^{v}.

Duobus modis fit bonum. Fit enim bonum et fit bene et prodest agenti ; e^{t} fit bonum, nec bene fit nec prodest agenti. Fit igitur bonum et bene fit et prodest agenti quando datur elemosina pauperi, pura et simplici intentione propter Deum, nec admiscet se sinistra, id est laus humana, ut partim pro Deo, partim pro laude fiat. Unde : *nesciat sinistra quod faciat dextera* [*Mt.* 6, 3]. De hac alibi dicitur : facite *elemosinam et omnia erunt uobis munda* [*Lc.* 11, 41]. Hoc igitur modo fit bonum, id est quod pro bono institutum est, et bene fit quia prodest agenti ad salutem eternam. Unde in die illa audiet : *esuriui enim et dedistis michi manducare, infirmus fui et uisitastis me*, etc. [*Mt.* 25, 35-36]. Iterum fit bonum nec bene fit quia non prodest agenti quando elemosina datur pauperi pro humano fauore uel propter aliquid emolumentum temporale. Unde : omnia faciunt *ut uideantur ab hominibus* [*Mt.* 6, 5]. Hoc ergo modo fit bonum, id est quod pro bono institutum est, nec tamen bene fit, id est non ea intentione qua fieri

deberet. De agente quid bene fit, nec non ipsi, id est non prodest ad salutem. Dominus enim dicit : quia iam *recepit mercedem suam* [*Mt.* 6, 2].

Similiter duo in intentione consideranda sunt : bonitas et sinceritas. Bonitas, ut bonum sit, id est pro bono institutum quod intenditur ; sinceritas, ut bonum quod intenditur sincerum sit, id est simplex et circumspectum, nulla scilicet simulatione uel temeritate fermentatum ; unde : *attendite a fermento phariseorum, quod est hypocrisis* [*Lc.* 12, 1]. Ubi ergo in intentionem hec duo, scilicet bonitas et sinceritas inuicem collimitant, bona profecto dici potest intentio et quicquid iuxta eam fit utile est et gratum Deo. Unde : *si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit* [*Mt.* 6, 22] ; ubi uero alterum, scilicet sinceritas deest, bonum quod intenditur non tantum ⟨non⟩ prodest, immo nocet. Neque enim eo modo fit quo fieri deberet. Verbi gratia, Iephte sacrificare Deo disponens bonum quod est hoc quod pro bono institutum erat intendebat, sed intentio illa sinceritate, id est scientia caruit, dum incircumspecta et quadam temeritate fermentata remansit : uouerat enim temere Deo sacrificare quecumque res sibi de uictoria reuertenti primo occurreret, non circumspiciens uel prouidens filiam uel aliquid tale quod non liceret sacrificare sibi occurrere posse. Bonum igitur quod intendebat, quia sincerum non erat, immo quidam zelus absque scientia animi tamen non profuit, uerum etiam obfuit. Tolerabilius enim erat fracti uoti reatum incurrere quam facinus homicidii filie sue perpetrare. Similiter zelum quidam ex iudeis ad fidem conuersi habebant, qui circumcisionem qua Deo datam et quedam legalia cum euangelio arbitrabantur esse tenenda. De quibus Apostolus : *si circumcidimini, non proderit nobis Christus* [*Gal.* 5, 2]. Hunc etiam zelum iudei habuerunt et adhuc habent qui defendentes legem, arbitrantes nullo tempore terminandam, predicatores euangelii usque ad mortem persequebantur. Unde Dominus : *uenit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur obsequium se prestare Deo* [*Jo.* 16, 2]. Talis igitur intentio, que non est sincera, ubi et zelus absque scientia, semper est infructuosa, semper est tenebrosa. Unde : *si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tenebrosum erit* [*Mt.* 6, 23]. Hinc ergo colligi potest quod aliquis bonum intendit nec tamen bona est eius intentio ; quod si bona non est intentio, nec utilis ab ea fructus procedit. Unde : *non potest arbor mala fructus bonos facere* [*Mt.* 7, 18]. Si autem bona fuerit nullus nisi utilis ab ea fructus procedit. Unde : *non potest arbor bona fructus malos facere* [*ibid.*]. Sit igitur, sicut monet Apostolus, *rationabile obsequium nostrum* [*Rom.* 12, 1]

44. [De conscientia] T 106r.

Conscientia alia bona, sed non tranquilla ; hec illorum est qui in se boni sunt sed, si ab aliquo provocantur, facile irascuntur ; alia tranquilla, sed non bona, sicut in illis qui mansuetudinem et quandam habent tranquillitatem propter se uel famam, sed non propter Deum ; alia est bona et tranquilla ; alia nec bona, nec tranquilla.

45 (15). [De uoluntate, sola causa meriti] C 100r.

Quisque naturaliter habet uoluntatem que substantialis est anime, sicut ratio, que nunquam est otiosa. Sed ante peccatum ex sua creatione natura-

liter bona erat et ad bonum erecta, unde etiam libera et proprie liberum habebat arbitrium ; post peccatum uero depressa et ad bonum quasi sopita, nisi preeunte et excitante gratia ad uelle bonum non erigitur. Unde : misericordia preuenit ut uelis, scilicet ut p⟨erficias⟩ ; et ita Deus quiddam in nobis sine nobis facit, preueniendo, excitando, aspirando, quod non est nobis ad meritum ; quiddam autem nobiscum operatur, cum uoluntas que non cogitur apposite se applicat gratie et illi obsequitur et coheret, quod est nobis ad meritum. Unde Apostolus : iam *non ego, sed gratia Dei mecum* [*I Cor.* 15, 10]. Sic ergo donum suum Deus nostrum facit meritum. Nec etiam contra quod dicitur : Deus nichil in nobis nisi dona sua coronat;per excellentiam enim et principaliter dona dicuntur sua, quia preuenit et cooperatur ; secundario nostra fiunt merita dum gratie coheremus. Et ita quedam bona uoluntas remuneratur, quedam non, scilicet quam preuenit gratia que etiam bona uoluntas dicitur antequam firmiter gratie cohereat. Nec etiam bona uoluntas per naturam que fuit in primo homine ante peccatum remuneratur, quamuis teneatur quod uoluntas pro facto imputatur.

46 (14). [De voluntate, sola causa meriti] C 100r.

Sola voluntas remuneratur, siue in bono siue in malo, sed ⟨non⟩ ideo operatio excluditur. Operatione enim affectus excitatur, uoluntas augetur, exemplum aliis datur, et ita operatio augmentum est uoluntatis. Unde : probatio dilectionis exhibitio est operis ; alioquin, si adest facultas, cessatur uoluntas nisi sequatur opus. Sola uero uoluntas meritum habere dicitur, quia opus non propter se principaliter remuneratur, sed propter uoluntatem que precessit. Opus enim quod fit preter intentionem aliquam indifferens est, ut puerorum opus uel aliorum qui discretione carent, ut uesani. Unde : affectus tuus operi tuo nomen imponit. Ergo si affectus deest, et nomine caret : bonum namque uel malum non indicatur.

Ce texte n'est pas utilisé par la *Summa Sententiarum* à l'endroit où il aurait pu l'être (tr. 3, c. 15 ; PL 176, 113), mais il est développé dans le *De sacramentis*, l. II, p. 14, c. 6 (PL 176, 561-562).

47 (17). [De voluntate, sola causa meriti] C 100r-100v.

Bona uoluntas eque habet mercedem, sed habenti dando elemosinam crescit meritum, non respectu illius qui nichil habet, cui sola uoluntas sufficit, qui si eque haberet eque daret et eque meritum eius cresceret ; sed respectu sui ipsius qui, si non daret, uoluntas illa deperiret nec meritum haberet, sicut equa contritio equam habet ueniam, sed differenter uenitur ad coronam. Hic enim qui statim morte preoccupatur in purgatorio igne satisfacit et purgatur ; ille uero qui superest per carnis macerationem et per eleemosinarum largitionem satagit et mundatur ; et sic, licet diuersis modis, eque tandem obtinent salutem, quia eumdem denarium, sed differenter. Unde : *in domo patris mei multe mansiones sunt* [*Jo.* 14, 2], et *stella differt a stella* [*I Cor.* 15, 41]. Que salus succedit uenie in equa contritione et simul facte. Unde : in quacumque die ingemueris, saluus eris.

Même remarque que pour la sentence précédente (nº 46) : la *Summa Sententiarum* est absorbée par sa réfutation de Pierre Abélard ; mais cette idée du rôle de l'acte extérieur dans la valeur de nos actes est développée par le *De sacramentis, loc. cit.* 561A-C.

48 (23). [De fide et spe] C 101r.

Fides est uoluntaria certitudo absentium supra opinionem et infra scientiam, scilicet fides cogi non potest et est supra hominis rationem ; aliter meritum non haberet ; et infra scientiam, id est cognitionem futuram, que erit beatitudo nostra ; nunc enim fide uidemus per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem.

Spes est certitudo premii ex precedentibus meritis ueniens, scilicet fiducia futuri commodi ; aliter temeritas esset nisi merita precessissent.

49 (20). [De caritate] C 100v.

Duo in homine diligenda sunt : et bonum nature et bonum gratie. Bonum nature, id est ipsa natura in omnibus tam malis quam bonis eque diligi debet, id est in quantum homo est, cuiusque salus eque diligenda, cuique uita eterna eque optanda, et ita affectus caritatis indifferenter circa semetipsum et omnes alios habendus est ; unde : *diliges proximum tuum sicut temetipum* [*Mt.* 19, 19]. Bonum uero gratie, id est ipsa uirtus in homine, in diuersis differenter diligi debet ; huïus enim uirtus que maior est magis diligenda est quam cuiuslibet alterius, uel etiam sui ipsius que maior est : ubi enim maius bonum maior debet esse dilectio, et ubi maior necessitas, maior caritatis operum exhibitio, et ita in effectu, id est operibus caritatis, ordo considerandus. Unde Apostolus : *operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei* [*Gal.* 6, 10]. Affectus igitur caritatis respectu nature omnibus est equandus, effectus uero pro meritis singulorum uel pro necessitate ordinandus. Unde Salomon : *ordinauit in me caritatem* [*Cant.* 2, 4] ; et David : *distribuite domos eius* [*Ps.* 47, 14] ; et Dominus : *ascende superius* [*Lc.* 14, 10]. Ecce quomodo caritas secundum ⟨se⟩ omnibus equatur ; quomodo etiam secundum administrationem diuersis ordinatur ; sponsa enim circumamicta est uarietate.

50 (30). [De caritate : quomodo nunquam excidit, et quomodo ordinatur] C 102v-103r.

Caritas nunquam excidit, id est lapsum non nouit. Qui enim caritatem habet criminaliter non labitur, scilicet remouente [*lire* : remanente] caritate nemo ad mortem offendit. Unde : habe caritatem, et fac quicquid uis. Hac autem per peccatum fugata, statim homo alienatur a Deo ; hic est enim fons in quo communicat alienus, id est perditionis filius. Malus tamen quandoque in hoc fonte communicat ; sed dum communicat, id est dum quedam bona ex caritate facit, tunc nec malus nec perditionis filius est ; immo, si in ea perseueraret, filius lucis esset. Hac autem per peccatum amissa, alienus esse apparet, tamen prefinitionem Dei de se non euacuat, quam euacuare uidebatur, dum bona agebat ; ita quia nunquam caritas nobis lapsus.

Vel caritas nunquam excidit, scilicet robusta caritas nunquam excidit. Etenim quedam caritas tenella, caritas inchoatiua que ad tempus quandoque recedit ; in qua tamen qui perseuerat potest saluari. Hec quandoque fuit in Petro ; ex caritate enim dicit : *Domine, tecum paratus sum et in carcerem et in mortem ire ; et si oportuerit me mori tecum, non te negabo* [*Lc.* 22, 33] ; hec autem eo negante, mortis periculo imminente, ad tempus recessit ; postea uero per Spiritum sanctum in igneis linguis missum caritas in eo usque adeo confirmata est, usque corroborata ; unde et robusta dicitur, quod neque mors neque uita neque creatura aliqua potuit eum separare ab illa ; unde et dixit : *Oportet nos magis seruire ⟨Deo⟩ quam hominibus* [*Act.* 5, 29]. Est enim caritas quedam per Spiritum sanctum ordinata uoluntas in amorem Dei et proximi. Hanc etiam Paulus habuit quando dixit : *Certus sum quia neque mors neque uita*, etc. *poterit nos separare a caritate Christi* [*Rom.* 8, 38-39] ; non hoc dixit quin posset peccare si uellet et ita separari ; sed hoc ex nimia certitudine cuiusdam audacis confidentie dixit, non de uiribus suis sed de Dei misericordia presumens, de qua semper iustus audacter presumere potest. Hec igitur caritas, etsi recedere possit, ut dictum est, tamen non recedit.

Vel caritas nunquam excidit, scilicet fides, spes, principatus, potestates et alie administrationes, que in presenti necessarie sunt, in futuro cessabunt, cum Deus erit omnia in omnibus, id est omnis sufficientia omnium ; sola uero caritas remanebit. Quidquid enim ex parte est, id est quicquid in toto non est, immo in quadam imperfectione et uelut in quadam umbra, cum uenerit quod perfectum est, euacuabitur. Cognitio enim Dei, que nunc est per fidem et spem, quia est ex parte, id est quia nunc uidemus per speculum in enigmate, cum uenerit quod perfectum est, id est cum apparebit ipsa species, destruetur secundum istam imperfectionem, secundum istam obscuritatem uiuendi [*lire* : uidendi], tunc enim facie ad faciem ipsam rem sicuti est uidebimus, et uidendo satiabimur. Caritas uero que ex parte non est, immo in quadam totalitate, in quadam imperfectione est, quantulumcumque in presenti sit, tamen ad totum et ad perfectionem adducit, nec in presenti nec in futuro finietur, immo tunc augebitur. Si enim illud totum et uerum bonum in presenti usque adeo diligitur quod omne uisibile ei postponitur uel etiam negligitur, et totus homo desiderando et amando deficit ex se ; unde in Canticis : nuntiate dilecto, *quia amore langueo* [*Cant.* 5, 8] ; si ita, inquam, in presenti est ut tunc illud bonum nimis tenuiter et quasi per inuolutum in enigmatibus conspicitur, quanto putas amore et quam ineffabili modo diligendum, cum illud plene et integre sicut est, absque omni integumento cognoscetur. Unde : amor Dei ignis in Sion et caminus in Ierusalem. Caritas igitur, cessantibus aliis, nunquam finietur.

Vel caritas non excidit, scilicet Deus, qui caritas est, quantum ad se nulli deest, immo per Spiritus sancti inhabitantem gratiam de die in diem animam informat et reparat et promouet de forma in formam, de claritate in claritatem, de cognitione in cognitionem. Anima uero que ex libertate arbitrii cum Adam per peccatum declinat, ipsa quidem ab eo excidit ; non ipse ab ea. Ipsa enim nulla necessitate coacta a gratia Spiritus sancti qui sic reparat, qui sic promouet in amorem Dei et proximi sponte resilit et eius

beneficium ingratum ducit, et ita quantum ad se a caritate que Deus est, ipsa excit [*lire* : excidit] ; Deus uero quantum ad se nunquam excidit, quantum ad benignitatem suam nulli deest, immo uel offert uel paratus est offerre gratiam suam, si sit qui ei consentiat ; quod si indigno quandoque deest per inhabitantem gratiam, nulli tamen deest per deitatis presentiam ; essentialiter ubique est in omni loco, in omni creatura ; unde : *in omni loco dominationis eius* [*Ps.* 102, 22], et alibi : *celum et terram ego impleo* [*Jer.* 23, 24] ; ubi est ergo eius dominatio, ibi eius essentia, ibi eius impletio ; alioquin nichil subsisteret. Idem est ei eum esse quod ubique dominari, sicut idem est ei esse quod omnipotentem esse, quod eternum, sapientem, benignum etc. Caritas igitur que Deus est per inhabitantem gratiam quantum ad se uel deitatis presentiam nulli deest.

Caritas autem non uidetur exigere ut aliquis salutem alterius plus quam propriam querat uel diligat. Quomodo enim bonum alterius uere optabit qui proprium paruipendet ? Precipitur homini diligere tamquam se proximum, non plus quam se, Deum uero pre omnibus. Unde : *diliges proximum tuum sicut teipsum* ; et : *qui amat patrem uel matrem plus quam me* [*Mt.* 19, 19] ; et : qui non abnegauerit semetipsum etc., *non est me dignus* [*Mt.* 10, 37]. Hec est autem caritas ordinata ut quis primo se diligat in Deum, deinde ad idem proximum, scilicet propter Deum, Deum uero non propter aliud, sed propter ipsum. Quid est ergo quod dicit Moyses : Domine, *dimitte* populo huic peccata sua, aut *dele me de libro quem scripsisti* [*Ex.* 32, 31-32] ? His uerbis uidetur salutem populi desiderare potius quam suam primam [*lire* : propriam]. Absit. Eque enim illorum et suam diligebat. Sed ut dicit auctoritas : locutio fuit, non sensus. Solent enim homines qui de benignitate dominorum suorum non ambigunt tali uerborum forma eis loqui, quasi diceret aliquis : Domine, aut parce huic aut interfice me ; quod est : sicut sum certus quod me non interficies, ita certus esse uolo ut huic parcas. Tali igitur forma locutionis usus est Moyses ineffabili caritate salutem populi sui desiderans ; quasi diceret : sicut certus sum de tua iustitia qua me remunerabis, ita certus sum de tua misericordia qua eis parces. Verumtamen ad immensam spectat caritatem iustorum, uel etiam unius potius desiderare commodum, si tamen absque proprio posset fieri incommodo, ubi uero alterutrius periculum ineuitabile est, non repugnat caritati, si quis propriam mauult salutem quam alienam, nec ideo peccat in dilectione proximi ; eque enim salutem proximi diligeret sicut suam, si absque proprio dampno fieri posset. Non est igitur caritas ordinata ubi aliena magis quam propria diligitur salus. Ecce quomodo caritas nunquam excidit, quomodo ordinata est.

Cet exposé traite de deux problèmes différents : la charité, comme telle, ne s'éteint pas ; et elle doit être « ordonnée ». On pourrait croire que ces deux exposés, si disparates, ont été rédigés indépendamment l'un de l'autre et n'ont été réunis qu'ultérieurement. Toutefois les derniers mots qu'on vient de lire donnent plutôt l'impression que, dans une même « dictée », Hugues a voulu répondre du même coup à ces deux questions.

51 (6). [De timore] C 98r-98v.

Quatuor sunt species timoris : seruilis timor, mundanus, initialis, filialis.

Seruilis, quando solo timore pene, non amore iustitie cessatur a malo ; qui seruorum est qui ad oculum seruiunt ; inde et seruilis dicitur, de quo Apostolus : *non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore* [*Rom.* 8, 15] ; et hic meritum non habet quia caritate caret.

Mundanus quando timore exterioris uel interioris incommodi temporalis receditur a bono quod... quelibet bona temporalia uel uitam presentem propter iustitiam amittere formidant ; unde et mundanus dicitur ; de quo Dominus : *nolite timere eos qui occidunt corpus* [*Mt.* 10, 28] ; et hic non solum non prodest, sed etiam obest. Hic habetur quandoque retenta tamen uoluntate boni, sed exili admodum et quasi mortua. Hunc timorem Petrus habuit quando negauit, sed uoluntatem boni retinuit quodammodo, unde et inuitus negauit ; sed illa uoluntas exilis et inefficax fuit, uoluntate mali superueniente, que magis efficax tunc fuit, quando timore compulsus negauit ; sed tunc uoluntas boni reuixit, quando Dominus eum post galli cantum respexerit et amare fleuit.

Initialis timor est quando ex recordatione peccati et timore gehenne incipit homo resipiscere, id est abhorrere et detestari id quod fecit, pro quo nisi satisfaciat interminabilis debetur cruciatus, et ita accusante conscientia districtum incipit timere iudicium. Unde Dominus : *potius eum timete qui corpus et animam potest* mittere in gehennam [*Mt.* 10, 28]. Iste quidem meritum habet. Nempe primum donum gratie et ianua conuersionis est, nec omnino absque caritate ; caritatem enim quodammodo inchoat, dum id quod caritati inimicum est abiurat, unde et initialis dicitur ; de quo : *initium sapientie timor Domini* [*Eccli.* 1, 16]. Augustinus etiam dicit quod sicut sera preparat uiam filo, et quo magis filum intrat, eo amplius sera eicitur, eodem modo timor iste uiam preparat caritati, et quo magis caritas radicatur, eo amplius timor expellitur. Unde : *perfecta caritas foras mittit timorem* [*I Jo.* 4, 18]. Hunc timorem Christus habuit, non secundum hunc effectum quod gehennam timeret, nisi in membris, sed secundum hunc effectum quod ex carnis infirmitate et naturali humanitatis defectu penam passionis uere timuit. Unde : *cepit* Christus *pauere et tedere* [*Mc.* 14, 33], non quod pauor ille statum mentis euerteret uel quod scientiam animi perturbaret, sed tamen quemdam naturalem horrorem mortis ei incussit. Unde Ambrosius : nemo exultat moriturus. Sicut enim alios defectus humanos propter peccatum sponte habuit, ita timorem pene in aliis inuincibilem, non necessitate sed uoluntate suscepit ; quod et ipse testatur dicens : *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste* [*Mt.* 26, 39] ; itaque preter cetera et hoc modo humane ueritas nature in Christo euidentisssime claruit.

Filialis uero timor, qui et sanctus et castus dicitur, quando amore filiali, non propter aliud emolumentum quam propter ipsum solum homo creatori suo famulatur, timens ne in aliquo eum offendat pro quo iuste ab eo separetur ; et hoc facit more coniugis caste que usque adeo uiri sui diligit presentiam quod semper aliqua sui culpa eius timet absentiam. Unde filialis et castus dicitur, de quo scriptum est : *beatus qui semper est pauidus* [*Prov.* 28, 14], et timor Dei omnes alios expellit ; et timor lapsus custodia uirtutis est. Iste nimirum, siue operetur siue non, semper meritum habet ;

comes namque caritatis est, que nunquam est otiosa. Unde Dauid : *timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi* [*Ps.* 18, 10].

Has autem quatuor species Beda super parabolas Salomon sub duabus redigit : sub seruili et filiali ; sub seruili quidem ponens mundanum et initialem et dicit quia uterque timor in futuro cessabit ; et alia auctoritas que dicit : iocunditas erit sine timore, uidetur suffragari sententie sue. Quomodo ergo intelligendum est quod Dauid dicit : *timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi* [*Ps.* 18, 10] ? Quidam soluunt quod permanetur usque ueniat seculum seculi, id est eternitas. Sed aliter conuenientius soluitur, quippe quod Beda dicit : uterque cessabit, intelligendum est quod secundum hunc presentis status effectum non erit, ut tunc scilicet a Deo quis separari timeat ; in presenti siquidem, quantumcunque sanctus uel perfectus sit homo, dum in eo statu est unde labi potest, hunc timorem habere debet. Unde Apostolus : qui stat *uideat ne cadat* [*I Cor.* 10, 12]. Quis enim tutus esse potest, dum interius hostem habet, scilicet carnis lubricum, cum quo ne succumbat semper est luctandum. Unde Iohannes : *si dixerimus quia peccatum non habemus, mendacem facimus eum* [*I Jo.* 1, 10]. Exterius etiam hostem habemus uiolentum, cui ne preualeat semper est obnixe resistendum ; de quo : *aduersarius noster diabolus tamquam leo rugiens, circuit quem deuoret* [*I Petr.* 5, 8]. Cum igitur alius horum intus indesinenter suggerat, alius uero extra, uel per se uel ministros seruiat, utrobique semper est timendum ; et ideo timenti semper est dicendum : *ab occultis meis munda me*, Domine, *et ab alienis parce seruo tuo* [*Ps.* 18, 13], et : *non ueniat mihi pes superbie et manus peccatoris non moueat me* [*Ps.* 35, 12]. Itaque iustus, donec in eo statu est, ut tot incommoda sunt, non nunquam seduci et seductus separari timet. At uero nisi in eo statu fuerit ut nec peccare nec mori poterit, quippe inter carnem et spiritum nulla lucta remanebit et sathanas cum suis complicibus eternis mancipabitur suppliciis, tunc, inquam, nullus timor separationis erit. Timor tamen non secundum hunc, sed secundum alium effectum in sanctis remanebit. Attendent enim sancti subiectionem se debere domino et saluatori suo, scilicet tanto tamque potenti unde et timebunt, id est reuerebuntur eum, scilicet debitam ei reuerentiam sine fine exhibebunt ; et ita *timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi* [Ps. 18, 10]. Duo quippe in Deo sunt : incomprehensibilis maiestas pro qua uerendus, et inestimabilis misericordia et benignitas pro qua est diligendus. Ergo secundum alium respectum cessabit, secundum alium permanebit.

52. [De timore] T 105^{v}-106^{r}.

Humanus timor est quando timemus pati pericula carnis uel perdere bona mundi : hic in primo gradu cum mundo deseritur, sed timor Dei permanet. Cum per timorem gehenne continet se homo a peccato, fit consuetudo iustitie et incipit amare quod durum est et incipit excludi timor a caritate, et succedit timor castus quo timemus ne tardet, ne discedat, ne eo careamus. Hic permanet in eternum. Prior utilis est, sed non permanet. Timor penalis initium sapientie est, quia est ianua conuersationis et declinatio mali, quia postea in filialem conuertitur ; caritas

enim superueniens foras mittit penam, ne iam timeatur Deus pro pena sed iam ametur pro bonitate sua, et hic timor filialis caritatem comitatur et permanet in seculum seculi. Istum habent boni angeli qui eum diligunt et gaudent quia ei subditi sunt qui maior eis est et superior. Et timor talis et reuerentia et beatitudo est et iocunditas. Adam si non peccaret, hunc timorem haberet ; timeret quippe Deum pro dilectione, sed post peccatum timuit pro potestate.

Timor malum reddit compunctum, iustum deuotum, angelum gloriosum. Penalis, qui initium est sapientie, dura corda mouet et compungit. Filialis iustum compunctum facit timere ne tardet, ne discedat, ne careat eo quem diligit. Perfectus angelum gloriosum reddit, cuius gloria et iocunditas est subesse creatori et de ipsa subiectione letari et plene beatificari. Idem timor est, sed diuersa operatur in diuersis. Christum repleuit spiritus timoris Domini qui adhuc in eo est qui nec est nec fuit contrarius beatitudini.

53 (40). [De iustorum igne purgatorio] C 107^{r}-107^{v}.

Uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit [*I Cor.* 3, 13]. Ignis iste purgatorius erit saluandis, illis scilicet qui manentes in fundamento fidei, nichil amore Dei preponentes superedificauerunt ligna, fenum, stipulam, id est ex his temporalibus humane infirmitati concessis quasdam maculas contraxerunt amandi hoc modo, scilicet secundum quod quidam plus quidam minus his caducis amore inheserunt et inherendo ea que Dei sunt intermiserunt ; he quidem macule in die iudicii quedam diutius ut ligna, quedam citius ut fenum, quedam citissime ut stipula hoc igne excoquentur. Unde supponitur : si cuius opus asserit detrimentum patietur, id est minoris glorie erit vel penas patietur.

Nonne auctoritas dicit quod sancti resurgent immortales et impassibiles? Quomodo ergo aliquis eorum in igne aliquid patietur ? Utique sancti qui superedificauerunt aurum, argentum, lapidem pretiosum, id est in contemplatione Dei et dilectione proximi bona opera, nichil querentes nisi que Dei sunt, in immortalitate et impassibiles quidem resurgent, et per ignem illum illesi transibunt et hic erit eis ille ignis quod fuit tribus pueris caminus Babilonis. Sancti uero qui operati sunt ex parte ligna scilicet non ita impassibiles resurgent quin aliquid in igne patiantur, sed per ignem transeuntes, excocta ibi omni peccati rubigine impassibilitatem recipient ; sicut uas luteum in fornace firmissimam recipit soliditatem. Et ut uera quod omnes sancti impassibiles resurgent, iste transitus per ignem pars resurrectionis dici potest. Quidam autem dicunt ignem istum esse quemdam penalem locum ubi anime illorum qui operati sunt ligna, fenum, stipulam in die Domini, id est quando Dominus eas a corpore separat, ponuntur ad peragendas penitentias quas hic inceperunt et peracta penitentia in quadam requie diem iudicii expectantes cum omnimoda impassibilitate cum corporibus resurgent et ignem purgatorium sine lesione transeunt et hoc modo omnes saluandos impassibiles resurrecturos astruunt ; et dicunt ignem iudicii non dici purgatorium respectu hominum, sed respectu celi et terre ; ascendet enim ignis ille quantum ascendit di-

luuium, scilicet quindecim cubitos super cacumina montium et purgabit nebulositatem huius aëris inferioris qui dicitur celum et deformitatem terre renouabit, et inequalitatem eius quam fecit diluuium adequabit. Unde : *uidi celum nouum et terram nouam* [*Apoc.* 21, 1]. Sed melior est prior sententia. Dicit enim auctoritas : ignis extremi iudicii tamdiu durabit donec purgentur qui saluandi erunt. Iterum quidam dicunt quod ignis iste de quo agit Apostolus tribulatio est quedam in presenti, dum aliquis iustus dolet de amissis, scilicet uxore, filio uel filia uel amico uel etiam aliqua re temporali. Que enim cum amore possedit sine dolore non amittit. Unde: *Tribulationem carnis habebunt huiusmodi* [*I Cor.* 7, 28]. Hoc ergo dolore Deus quandoque purgat suos ultra que deberent caducis inherentes. Illi autem qui nichil amant uel querunt nisi que Dei sunt hunc ignem sine lesione, id est hec dampna sine dolore transeunt ; hii enim placide in medio nationis praue uelut luminaria celi peragunt cursos [*lire* : cursus] suos, quorum conuersatio in celis est. De illo autem igne nouissimo dicitur quod claudetur a sursum, aperietur deorsum. Impii eum enim non transibunt, sed cum eo inuoluentur ad abissum. Unde: tollentur impii ne uideant gloriam Dei. Quod dicitur quasi per ignem sic salui erunt, hoc est prodere istis ex parte Deum credidisse, scilicet isti Deum docuerunt uanam doctrinam arbitrati bonam, sicut sanctus Cyprianus docuit baptizatos ab hereticis esse rebaptizandos, quod non tenet Ecclesia, per ignem purgabuntur, id est pro uana doctrina in igne punientur, sed ex parte pro uera doctrina que non peribit proderit eis Deum credidisse. Vel ex parte, si dicitur de christianis dampnandis, proderit eis d. r. qui non punientur pro infidelitate.

54 (12). [De inferis iustorum] C 99^{v}.

Hominum (?) sex etatum aliqui in fide uenturi Christi et per sacramenta sui temporis remissionem peccatorum percipiebant, sed non omnimodam : peccata eorum non imputabantur ad dampnationem ; pro illis tamen ad inferos descendebant : omni enim uiuenti homini, scilicet generalis domus infernus ante aduentum Christi, — unde Ezechias : *Vadam ad portas inferi* [*Is.* 38, 10], — et in loco penali, scilicet in tenebris, redemptionem expectabant. Ibi sustentabat eos Deus in quodam medio ne tormento aliquo cruciarentur, sed tamen eis erat pena carere luce et promissione facta Abrahe, id est hereditate que differebatur donec funderetur sanguis Christi qui esset pretium mundi, id est humane nature pro qua maxime mundus ; dato autem pretio patuit aditus ad hereditatem his qui in tenebris erant et omnibus prodest natis, et tunc tandem receperunt omnimodam, id est consummatam remissionem, scilicet liberationem a tenebris et possessionem hereditatis que antea promissa et repromissa fuerat ; promissio : *in semine tuo benedicentur omnes gentes* [*Gen.* 26, 4] ; repromissio : secundum illud tempus ueniam, et erit Sare filius [cf. *Gen.* 18, 10], id est Isaac, a quo Christus, per quem hereditas.

55 (79). [De homine animali et spirituali] C 123^{r}.

Scripture dicenti : *animalis homo non percipit ea que Dei sunt* [*I Cor.* 2,

14], sic potest opponi : Deus ubique existens aut lucet, aut non lucet. Si ubique lucet, ergo in homine animali. Ergo animalis homo uidetur spiritualia percipere. Ad quod soluendum suscipiatur hoc exemplum : sol super lapidem lucet, sed lapis nec calorem sentit nec splendorem percipit ; ita lux diuina in homine animali lucet, sed nec ipse consentit nec percipit. Homo uero spiritualis, qui licet ex quibusdam quos [*lire* : que] ex sua sensualitate contrahit impediatur, tamen pro posse sue infirmitatis exaltationibus inherens celestibus splendorem diuine lucis in se sentit et infirmitates agnoscit ; et hoc est quasi primum celum. Angeli uero omni exaltatione et fece penitus carentes ardent et perfecte in se sentiunt splendentem deitatem et cognoscunt ; et hi habent secundum celum. Tertium uero celum est ipsa Dei essentia qua et ipsi angeli fruuntur ; duo constituunt contemplationem, scilicet cognitio, deuotio, id est amor et intellectus. Animales homines quandoque suo ducente ingenio ad contemplationem ascendunt, sed grauiter cadunt ; spirituales autem homines rapiuntur et descendunt.

56 (5). [De temptationibus] C 97r-98r.

Quatuor sunt temptationes a quibus Deus ad se clamantes liberat : ignorantia, concupiscentia, tedium, seculi tempestas. In integritate enim anime antequam peccaret duo erant : in ratione quidem cognitio ueritatis, in sensualitate uero amor uirtutis. Ratio enim in discernendo non fallebatur, immo de quibus re nulla nube peccati uel ignorantie obrumbante [*lire* : obumbrante] perspicax et uerum obtinebat iudicium, placide et prudenter cuncta disponebat cum consilio et absque refragatione naturales motus regebat, et ita libere ueritatem agnoscens in equa rei cuiuslibet examinatione pollebat. Hoc itaque modo in anima cognitio ueritatis admodum uigebat. Sensualitas uero, que rationis pedissequa erat prorsus domine sue subiecta, ei per omnia obtemperabat, nichil omnino preter id quod a ratione diiudicabatur appetebat, nichil eam preter honestum et equum delectabat, non preesse uel precedere presumebat, sed subesse et succedere gaudebat, et ita rectus ordo tam regendi quam ministrandi omnimodam pacem mutuo conciliabat. Hoc itaque modo in anima uirtutis amor admodum uigebat. Post peccatum autem, imagine Dei deformata, hec duo in anima corrupta sunt omnimo. Ratio enim per superbiam excecata est, quia suo superiori subesse noluit, a suo inferiori subiugata in consensum ancille, domina uelut impos sui quadam ui trahi cepit. Primatum domini quem habebat in regendo turpiter amisit, domina sub ancilla captiuata, exilium tolerauit, a prerogatiua officii quam habebat ratio discernendo misere corruit, nimirum in caligine et extra uiam dux errauit. Hoc itaque modo per ignorantiam ueri corrupta est in anima illa prior libertas arbitrii. Sensualitas uero, ut effrenis sine duce et erronea sine rectore, per queque illicita euagari cepit, per queque turpia, per queque nefanda se precipitauit effrenos in uerecunda, pudoris oblita, honestis ignara, solis libidinibus ex toto se mancipauit. Hoc itaque modo per concupiscentiam mali obsoletus est in anima amor uirtutis et delectatio boni. Sicut ergo per hec duo, ignorantiam et concupiscentiam, imago Dei ma-

xime deformatur, similiter e contra necesse est ut per hec duo, scilicet notitiam ueritatis que fides est et per dilectionem uirtutis que caritas est, eadem maxime reformetur. Ab his ergo duabus temptationibus, ignorantia boni scilicet et concupiscentia mali, primo Deus ad se clamantes liberat per gratiam. Primo enim ratio, que preesse et ducatum prebere debet, sola gratia reparatur, uidelicet oculus ille interioris hominis qui prius caligauerat a caligine purgatur et fide illuminatur ; fides enim lumen mentis est, fides primum bonum et fundamentum omnium bonorum et uia qua itur ad uerum et summum bonum. Hoc itaque modo cognitio est ueritatis per fidem restituta, a prima temptatione, scilicet ignorantia, anima liberatur. Unde : *errauerunt in solitudine in inaquoso* et *clamauerunt ad Deum* et liberati sunt, etc. [*Ps.* 106, 4]. Inuenta autem adhuc multa restant obstacula feruenter (?) magis et magis carnis illecebra, magis et magis inardescens nititur in uetitum. Difficile est ei recedere a priori consuetudine. Deus uero iterum per gratiam in hac difficultate clamanti subuenit, dirumpit uincula, dissipat obstacula, scilicet estum carnis illicitum mitigat, et si in carne sit ardor peccati, non tamen preualet, id est si non consentitur ei. Unde : *non regnet peccatum in nostro mortali corpore* [*Rom.* 6, 12]. Reintegratio igitur per gratiam carnis incentiue ancilla item domine incipit subesse, scilicet sensualitas rationi, et eius moderamine regi et ea preeunte et cuncta disponente incipit bonum appetere et delectari iustitie suoque superiori ex amore per omnia obtemperare. Hoc itaque modo amore uirtutis restituto a secunda temptatione, scilicet concupiscentia, id est a difficultate illius subiciende, anima liberatur et remoto scandalo in uia non offenditur. Unde : *sedentes in tenebris et umbra mortis* [*Ps.* 106, 10], et *uicti in mendicitate et ferro, clamauerunt ad Dominum cum tribularentur*, et Dominus *uincula eorum disrupit*, etc. [*Ps.* 106, 13-14].

Homine autem recte ambulante et non secundum carnem uiuente, quandoque tedium quoddam irripere solet. Tedium istud quidam torpor est, qui dicitur accidia, scilicet quando nec legere nec orare delectat nec ad aliquid boni animatur homo. Unde : *dormitauit anima mea pre tedio* [*Ps.* 118, 20]. Deus uero per gratiam iterum ab hoc uitio clamantem sanat et in homine prius de fide quemdam feruorem bene agendi excitat et ei uerbum suum dulcorat quod prius quasi fastidiosum erat. Unde : *misit uerbum suum et sanauit eos* [*Ps.* 106, 20]. Hoc itaque modo, strenuitate bene agendi suscepta, a tertia temptatione, scilicet tedio liberatur homo. Unde : *omnem escam abominata est anima eorum et clamauerunt ad Dominum* et liberati sunt, etc. [*Ps.* 106, 18-19].

Liberatus autem ab his tribus iam dignus est qui nauem regat, id est qui res ecclesie disponat. Nauis uero ad portum tendens fluctibus maris hinc inde tenditur, id est ecclesia ad terram uiuentium anhelans tempestate secularium, id est molestiis mundana diligentium, inquietatur. Deus autem et hanc tempestatem, quandiu placet, permittat [*lire* : permittit] et iterum, quando placet, remittit uel puniendo uel conuertendo. Nichil enim possunt fluctus maris nisi permissione Dei. Unde : *tu dominaris potestati maris ; motum autem fluctuum eius tu mitigas* [*Ps.* 88, 10]. Hac itaque facta maris tranquillitate a quarta temptatione, id est seculi tempestate, liberatur ecclesie prelatus. Unde : *qui descendunt mare in nauibus, facientes operatio-*

nem in aquis multis [*Ps.* 106, 23], exaltatis fluctibus *clamauerunt ad Dominum et statuit procellam maris in auram et siluerunt fluctus eius* [*Ps.* 106, 28-29], et ita a periculo maris eduxit eos.

57 (13). [De peccato] C 99ᵛ-100ʳ.

Omnes illiciti motus a concupiscentie adulterina radice procedentes, scilicet cogitatio, consensus, delectatio, actus et consuetudo, passiones anime merito dicuntur. Superior enim uis illius, scilicet ratio, que est imago Dei, sensualitati cui preesse deberet ex libertate arbitrii se subiciens inclinando se ad illicita deformatur et obedientiam quam Deo debebat in cognoscendo Deo et in regendo et coherendo uxore transgrediens a dignitate sua delabitur et a conformitate Dei sequestratur, quod est passio anime, uel quia insufficiens est uoluptas uel quia reatus sui conscientia est, anima quadam ui sua inferiore, scilicet sensualitate, coheret et maxime unitur carni ; superiore ui, scilicet ratione, coheret Deo et percipit spiritualia. Sensualitas uero ut pedissequa et subiecta obedientiam debet. Ratio autem bene regendo eam et in aliis obeditionem debet Deo. Quando uero ex libertate arbitrii inclinatur et eneruatur, permittit se subiugari, siue consentiendo, siue delectando, siue etiam operando ; sensualitate extra ius suum euagante et dominium appetente ut fiat quod concupiscit, tunc peccat, quod non fit nisi ratione sic captiuata.

58 (32). [De peccato] C 103ᵛ.

Ratio semper parata esse debet ut coherceret motus illicitos quam cito surgunt ; alioquin consentire iudicatur. Duplex enim consensus est rationis : uel non contradicendo quam cito debet, quod quandoque est ueniale ; uel delectando, quod semper imputabile est, nisi peniteat.

59 (7). [De peccato et pena peccati] C 98ᵛ.

Omne peccatum, preter originale, et peccatum est et pena peccati. Crimina enim criminibus puniuntur. Unde : *tradidit eos Deus in desideria cordis* [*Rom.* 1, 14], id est in passiones ignominie et in reprobum sensum ut faciant ea que non conueniunt, replens omni iniquitate, etc. Sed quia licet pena fuit, tamen peccata delectant ; restat et alia pena, scilicet gehenna, que non delectabit. Itaque Deus non tantum bis, sed etiam quandoque centies in idipsum punit. Quomodo ergo intelligendum est : non punit Deus bis in idipsum ? Utique, si in presenti sufficienter punitur, in futuro pro eodem non punit. Temporalis igitur punitio reproborum non est dicenda pena sufficiens, sed quasi imago et inchoatio uere et interminabilis pene. Unde : *uermis eorum non morietur et ignis eorum non extinguetur* [*Is.* 66, 24].

60 (16). [De effectu peccati] C 100ʳ.

Natura sumus filii ire, id est tali lege nascendi filii peccati, pro qua ira, id est uindicta, scilicet mors. Unde : *in quacumque die comederitis morte moriemini* [*Gen.* 2, 17]. Hinc uolebant pelagiani duas esse naturas, unam a Deo, alteram a demone, et ita duos creatores ; et secundum bonam natu-

ram que a Deo bona appetebat homo ; sed secundum malam que a demonio pronus erat ad peccatum ; et hoc astruebant istis auctoritatibus : *natura sumus filii ire* [*Eph.* 2, 3], et *obliuiscere populum tuum et domum patris tui* [*Ps.* 44, 11] ; non exponentes naturam esse legem nascendi in concupiscentia, ubi uitium inoleuit pro natura ; nec exponentes diabolum esse patrem mendacii et actorem peccati, in quo nascitur homo secundum quod carnem peccati a traduce, non in animo.

61 (38). [De pena peccati] C 106r-106v.

Propterea tradidit illos Deus in passionem ignominie [*Rom.* 1, 26], crimina quod criminibus puniuntur. Omne enim peccatum preter originale et peccatum et pena peccati est. Tradidit itaque Deus et obdurat non in percipiendo malitiam, id est malam uoluntatem, sed non in percipiendo misericordiam, id est subtrahendo gratiam, et hoc facit occulta equitate. Unde Augustinus : Manifestum est Deum operari in cordibus hominum ad inclinandas eorum uoluntates quocumque uoluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum, iudicio itaque suo aliquando operato [*lire* : aperto], aliquando occulto, semper autem iusto. Duobus igitur modis tradit et obdurat Deus : intus subtrahendo gratiam, foris prestando oportunitatem. Gratiam subtrahere dicitur quando non trahit ad illam que modo tempore accepto omnibus proponitur. Sicut enim pater ostendendo pomum ad se trahit filium ut non coactus sed spontaneus ueniat, ita et Deus pater inspirando amorem perennis gaudii desiderium illius summi boni ad mediatorem et ... Christum sine cuius ducatu nemo illo fruetur gaudio predestinatos trahit. Unde : *Nemo uenit ad filium nisi pater traxerit eum* [*Io.* 6, 44], et *nemo ⟨ad⟩ patrem nisi filius et cui uoluerit filius reuelare* [*Mt.* 11, 27]. Foris autem Deus prestat oportunitatem, dum proponit cupido lucrum, latroni rapinam, fornicario scrotum et his similia ; unusquisque enim a Deo adiuuatur ad id quod auidius appetit. Hoc autem facit Deus siue per bonum angelum precipiendo, siue per malum permittendo, qui licet malus sit et male succensus (?) minister tamen Dei est, nec est timendus cum nil possit nisi permissus. His igitur modis tradidit illos Deus in passionem ignominie, id est in crimine pre turpitudine non nominanda, que etsi delectent animam secundum inferiorem sensum, passiones tamen sunt secundum superiorem. Ratio enim apud se tractat quod peccando Deum offendit et quod nullum peccatum remanet impunitum, et ita ex mala conscientia quodam terrore preuenta, iam incipit cruciari et conscientia iugiter accusante testatur interius quicquid exterius dissimulet. Unde *non est impiis* gaudere, *dicit Dominus* [*Is.* 48, 22].

62 (50). [De potestate diaboli in peccatorem] C 110v.

Nemo facit seipsum regem, sed populus creat sibi regem quem eligit. Sed cum ille factus fuerit et confirmatus in regem, iam habet potestatem in hominibus et non potest populus iugum eius de ceruice sua exuere, et sic uoluntas populi in necessitatem conuertitur. Sic et homo postquam peccet, liberum habet [*lire* : habens] arbitrium utrum uelit sub regno esse diaboli. Cum autem se peccando tradidit sub regnum ipsius, obligando

se operibus eius, iam sua uirtute eius exire non potest ; sed prima uoluntas eius in necessitatem conuertitur ; et sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur ubi tempestas uoluerit, sic et homo, diuine gratie auxilio perdito per peccatum, non quod uult agit, sed quod diabolus uult, et hoc est quod homines seculares et peccatores dicere solent : Nunquid uolumus esse sancti ; et quis non uult esse iustus, sed non possumus. Verum quidem est quod dicunt ; sed non habent excusationem, quia primum potuerant non esse sub potestate diaboli, si uoluissent. Postquam uero posuerunt thronum diaboli in cordibus suis, iam nemo potest eos de potestate diaboli eripere nisi solus Deus. Ergo nostra quidem uoluntate et negligentia alligamur, sed per Dei misericordiam absoluimur. Soluite, inquit. Quomodo ? Per doctrinam uestram et per miracula uestra. Quia omnes iudei et gentes per apostolos sunt liberati.

63 (31). [De inferni eterna pena] C 103^{r}-103^{v}.

Impiorum uoluntas quia semper erit mala, et eorum pena erit perpetua. Vellent enim peccasse et iustitiam ⟨per⟩ quam puniuntur, id est Deum, qui est uera et summa iustitia, non esse ; hec autem uoluntas iniusta est, et ideo mala. Vellent quidem non peccasse, non propter turpitudinem peccati, quod semper placuit, sed propter magnitudinem pene que semper displicebit ; itaque non ipsum peccatum propter se, sed propter aliud, id est penam que sequitur, displicebit ; restat igitur uoluntas praua, pro qua et iuste semper punientur ; semper enim peccarent, si facultatem haberent et si penam non secuturam esse scirent.

64 (45). [De carne et sanguine] C 109^{v}.

Caro et sanguis uaria in scripturis sanctis significatione ponuntur. Aliquando enim caro pro ipsius nature substantia dicitur ; ut in Genesi : *hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea* [*Gen.* 2, 23]. Nonnumquam carnis appellatione synecdochice totus homo signatur ; sicut de Christo per Iohannem dicitur : *Verbum caro factum est* [*Io.* 1, 14] ; quod est apertius dicere : Deus homo factus est. Caro etiam et sanguis pro corruptione poni solent, Apostolo dicente : *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt* [*I Cor.* 15, 50]. Plerumque etiam carnis et sanguinis nomine carnalis et spiritalis intellectus subtilitate grossescens doctrina accipitur, ut dicitur : *caro et sanguis non reuelauit tibi* [*Mt.* 16, 17]. Carnalis uidelicet et quantum ad Deum stulta carnalium sapientia, que quanto latius se ad inuestiganda terrena et transitoria diffundit tanto minus ad intellectualem et uere philosophie aditum peruenit, qualis erat scribarum et phariseorum traditio atque doctrina. Caro etiam et sanguis appellantur homines carnaliter de Christo sapientes, carnali sapientia inflati, columbine simplicitatis nescii, et ideo gratia sancti Spiritus indigni, de quibus per Apostolum dicitur : *animalis homo non percipit que sunt spiritus Dei* [*I Cor.* 2, 14].

* * *

Table des incipits.

Ambrosius sub anathemate 30
Bona Dei alia nature 40
Bona uoluntas eque habet 47
Caritas nunquam excidit 50
Caro et sanguis uaria 64
Christus factus pro nobis 32
Christus non est decimatus 31
Christus non secundum peccatum 33
Concupiscentia naturalis motus .. 22
Concupiscentia pena primi 20
Conscientia alia bona 44
Cum genus humanum a iugo 29
Cum nec uelle nec etiam 19
Duo in homine diligenda 49
Duobus modis fit bonum 43
Duos in primo homine Deus 23
Ex curatione paralitici 9
Fide obtulit Abraham 10
Fides est uoluntaria 48
Gentes naturaliter ea que 41
Hominum sex etatum aliqui 54
Homo factus est ad imaginem .. 18
Humanus timor est quando 52
Impiorum uoluntas quia 63
In omnibus creaturis spiritus 4
In pueris baptizatis 37
In sacramento autem altaris 39
In scriptura sacra tres 34
Iratus dicitur Deus 12
Loculus est desinentia 3
Maior seruiet minori 6
Misericors dicitur Deus 11
Multis de causis lex 27
Nam quos presciuit 7
Natura sumus filii ire 60
Nemo facit sibi regem 62
Nisi esset bonum mala 15
Non quod sufficientes simus 42
Omne peccatum preter originale .. 59
Omnes illiciti motus 57
Pater de nichilo potenter 5
Paulus ad Timotheum 16
Penitentia est remedium 38
Perpetrato adulterio uel 21
Prima rerum omnium causa 8
Propterea tradidit illos 61
Quantum erat peccatum nostrum 28
Quatuor modis alii ab aliis 36
Quatuor sunt species timoris 51
Quatuor sunt temptationes 56
Quisque naturaliter habet 45
Quisquis igitur ad diuine 1
Quomodo facta sit nobis 25
Ratio restituta et illuminata .. 18²
Ratio semper parata 58
Scripture dicenti animalis 55
Signatum est super nos 17
Sola uoluntas remuneratur 46
Tribus modis res esse dicuntur .. 2
Uniuscuiusque opus quale 53
Uniuersum stratum eius 24
Velle bonum habet homo 26
Videndum est quid sit sacram. .. 35
Voluntas Dei dicitur 14
Voluntas Dei diuersis modis 13

O. Lottin O. S. B.

Eine Sermonesliste des Jacobus von Lausanne O. P.

Der Dominikaner Jacobus von Lausanne, aus dessen Leben einige sichere Daten bekannt sind : 1303 studierte er in Paris, 1314/15 las er dort die Sentenzen, 1318 wurde er Ordensprovinzial von Frankreich, 1322 ist er gestorben [1], hätte auch ohne seine Sermones einen Rang unter den Schriftstellern seines Ordens. Denn seine *Postillae morales* zum Alten und Neuen Testament und erst recht sein *Compendium moralitatum ex eius Postillis excerptum* wurden im 14. und 15. Jahrhundert viel benützt und sind heute in den Bibliotheken weit verbreitet [2]. Doch heben die alten Schriftstellerlisten des Dominikanerordens besonders seine Predigertätigkeit hervor. L. Pignon: «Compilavit plures sermones tam de tempore quam de sanctis per totum annum» [3]. Der Katalog von Uppsala : « Scripsit... item sermones de tempore, item sermones de sanctis » [4]. Stephan de Salanhaco, Bernard Guidonis u. a. : « Hic fuit praedicator gratissimus et copiosus, sicut patet in collationibus et sermonibus, quos conflavit » [5]. Auch außerhalb seines Ordens wird Jacobus von Lausanne gerade als Prediger gewürdigt. So kennt ihn Johann von Trittenheim in seinem *Liber de scriptoribus ecclesiasticis* [6] als « sermone scholasticus, in declarandis sermonibus ad populum satis egregius ».

Diese Zeugnisse werden durch die Tatsache gestützt, daß seine Predigten im 14. und 15. Jahrhundert oft abgeschrieben wurden,

---

1. Vgl. *Hist. litt. France* 33 (1906) 459-479, 631-632 ; *Dict. Théol. cath.* VIII, 298 ; *Lex. Theol. Kirche* V, 259-260 ; F. Stegmüller, *Repert. Comment. in Sentent. Petri Lomb.* I, 185 ; *Repert. bibl.* III, 198.

2. Siehe F. Stegmüller, *Repert. bibl.* III, nn. 3887-3969.

3. G. Meersseman O. P., *Laurentii Pignon Catalogi...* (*Monumenta Ord. Fr. Praed. historica*, 18) Rom 1936, p. 28.

4. Ebda, p. 74.

5. H. Denifle, *Quellen zur Gelehrtengeschichte des Predigerordens*, im *Archiv f. Litter. u. Kirchengesch. d. Mittelalt.* 2 (1886) 216 ; vgl. J. Quétif-J. Echard, *Script. Ord. Praed.* I, 547.

6. Basel 1494, f. 94.

seine *Sermones de tempore* wurden 1530 in Paris auch gedruckt [7], und daß viele dieser Handschriften heute noch in den Bibliotheken vorliegen. Wir bringen hier eine vorläufige Zusammenstellung seiner Sermoneshandschriften, die uns die Bedeutung und den Einfluß dieses Dominikaners im Hoch- und Spätmittelalter zeigt. Wir teilen die Handschriften in drei Gruppen ein :

1) Handschriften mit seinen Sonn- und Festtagspredigten,
2) Handschriften mit seinen bestimmten und allgemeinen Heiligenpredigten [8],
3) Handschriften mit nur einzelnen oder wenigen seiner Predigten.

1) *Arras 1018* ; *Avignon 304, 601, 608* ; *Bordeaux 148* ; *Brügge 266, 267, 304* f. 121-190 ; *Charleville 83* ; *Chartres 235* ; *Escorial d. III. 17* ; *Erlangen 304, 305* ; *Graz Univ.-Bibl. 838* ; *Klosterneuburg 858* ; *Clm 7562, 13585* ; *Münster 637* ; *Paris Nat. lat. 3552, 3736, 13374, 14962, 14963, 14964, 14966, 15962, 17516, 18181, nouv. acq. lat. 1475* ; Ed. 1530 ; *Prag V. H. 2* ; *Rouen 636* ; *Saint-Omer 264* ; *Saint-Paul 102* ; *Soissons 128, 136, 316* ; *Stuttgart H. B. I. 61* ; *theol. fol. 330* f. 173ra-218vb ; *Toledo Cath. fol. 5-18* ; *Toulouse 337* ; *Troyes 1209, 1682, 1711, 1765, 1853, 1889* ; *Vat. lat. 1250, 1260, 1261* f. 149v-260v ; *Burghes. 215.*

2) *Avignon 304, 601* ; *Bordeaux 309* ; *Erlangen 304* ; *Graz Univ.-Bibl. 1428* f. 219-258v ; *Klosterneuburg 858* ; *Linz Stud.-Bibl. 284* ; *Clm 8737, 12661, 13585* ; *Paris Nat. lat. 3552, 13374* f. 124-148, *14799, 14962, 14963, 14964, 14966, 15962, 17516, 18181* ; *Prag VI. d. 17, V. H. 2* ; *S. Florian 258* ; *Toledo Cath. fol. 5-18* ; *Toulouse 337* ; *Troyes 1765, 1779* ; *Vat. lat. 1250, 1259, 1260, 1261* f. 149v-260v ; *Burghes. 215.*

3) *Assisi 432* ; *Avignon 38, 606* ; *Basel A. X. 56, B. X. 19* ; *Bordeaux 282, 295* ; *Brügge 304* ; *Clm 3558, 5596* f. 76-78, 80-83, *12661, 12691, 14237, 19541, 26700, 26814* ; *Paris Nat. lat. 3553, 3554, 14929* f. 270-285, *14973* ; *Wien Nat. lat. 1433* f. 3va, *3914* f. 151ra-156vb.

Diese Handschriftenbestände weisen uns nachdrücklich auf Jacobus von Lausanne als Prediger hin. So hat sich bereits B. Hauréau, der als Bibliothekar der Handschriftenabteilung der Nationalbibliothek in Paris wie kaum einer die Handschriften der französischen Prediger vom 12. - 15. Jahrhundert kannte, wiederholt in seinen *Notices et extraits* [9] mit unserem Prediger beschäftigt. Er konnte den starken Einfluß, den dieser Dominikaner bis ins 16. Jahrhundert

7. *Sermones dominicales et festivales per totius anni circulum per reverendum patrem fratrem Jacobum de Laosana* (!) *ord. fr. Praed. declarati, impressioni mandati per quendam professorem ord. Minorum regularis observantiae...*

8. Die im Cod. *S. Florian 258* dem Jacobus von Lausanne zugeschriebenen Heiligenpredigten, die in späteren Drucken (Zwolle 1479, Argentin. 1496 u. ö.) dem hl. Bonaventura zugeschoben werden, gehören ihm nach dem Ausweis der besten Handschriften nicht : (Andr.) « Mihi autem absit (Gal. ult.). — Narrat Valerius Maximus, quod tanta in Romanis antiquis cupido gloriae fuit... sed mihi in sola cruce Christi est gloria ».

9. *Notices et extraits de quelques manuscrits latins de la Bibliothèque Nationale*, 6 vol., Paris 1890-93 ; vgl. vor allem II, 157 ; III, 110-113, 126-132 ; V, 286-289.

hinein auf die Prediger ausgeübt hat, nicht übersehen. Er wußte auch, daß die Eigenheiten der Gedanken und des Stils seiner Predigten, die wir heute als Schwächen und Mängel ansehen, dem damaligen Zeitgeschmack entgegenkamen und den Beifall der Hörer fanden. So beginnt unser Dominikaner manche seiner Predigten mit Sprichwörtern in französischer Sprache und setzt uns auch manche französischen Brocken im Text seiner in mäßigem Latein abgefaßten Predigten vor. Auch scheut er sich nicht heitere Anekdoten und recht volkstümliche Späße in seine Predigten einzuflechten, wie es damals bei vielen Predigern üblich war. Doch hat vor allem sein froher und lebhafter Geist die Zuhörer angezogen. Gewiß trägt uns Jacobus von Lausanne in seinen Predigten keine tiefen theologischen Gedanken vor, wohl aber hatten und haben seine Predigten durch ihre historischen Anspielungen, Anekdoten und Sittenberichte ihren Wert. Es war eine oft anregende, mitunter lustige, aber im Grunde fromme Unterhaltung, die dieser Dominikaner mit seinen Zuhörern pflegte.

Entsprach übrigens in der damaligen Zeit diese Art zu predigen nicht einem religiösen Lebensbedürfnis ? Wir haben doch übergenug Beispiele für die vorausgehenden und gleichzeitigen « scholastischen » Predigten mit ihren schier endlosen Teilungen und Unterteilungen, mit ihren unerschöpflichen Worterklärungen, ihrer erdrückenden Fülle von Schriftzitaten und ihren allzu kühnen allegorischen Deutungen. An logischer Gedankenführung, an Schriftkenntnis und Schriftdeutung taten sich diese Prediger sicher weit hervor. Aber paßten diese Predigten nicht besser in die Hörsäle oder in die Mönchskollege als in die Volkskirchen ? So war die bald einsetzende « Volks » - predigt, die vor allem von den beiden Mendikantenorden der Dominikaner und Franziskaner vorgetragen wurde, nur ein gesunder Gegenschlag. Bei diesem Unternehmen stand Jacobus von Lausanne mit in vorderster Linie.

Daß der Prediger Jacobus von Lausanne richtig erfaßte, was dem Volk seiner Zeit nottat, erhellt auch aus der freien, manchmal recht unterschiedlichen Form und Zusammenordnung seiner Predigten in den Handschriften. Wir meinen in manchen Handschriften[10] noch die Hast und den Eifer zu spüren, mit dem seine Predigten zusammengerafft und abgeschrieben wurden. Wir vermissen da zunächst die große Einteilung in Sonntags- (*sermones de tempore*) und Heiligenpredigten (*sermones de sanctis*). Wir vermissen die dem Kirchenjahr folgende Anordnung. Diese Predigten sind vielmehr ganz frei zusammengetragen. Ja es wird die gleiche Predigt bald dem bald jenem Sonntag oder Heiligen zugeschoben. Dazu kommt

10. Z. B. *Paris Nat. lat. 3552, 14966, 15962, 17516* ; *Avignon 304, 601* ; *Escorial d. III. 17* ; *Vat. lat. 1261* f. 149v-260v u. a.

oft eine stark wechselnde Form und Fassung seiner Predigten. Wir vermissen hier den Wort für Wort mit dem « Exemplar » übereinstimmenden Text. Schon das Thema wird manchmal in freier Verkürzung angeführt [11]. Erst recht weichen dann das Text-Incipit und -Desinit voneinander ab. Diese Predigten waren damals wohl lebendiges Überlieferungsgut, das viele Prediger suchten und nützten, wie sie es gerade brauchten und verstanden. So ist die geordnete Zusammenstellung seiner Predigten, die wir hier versuchen, eine zwar wichtige, aber schwer zu lösende Aufgabe. Denn keine der uns vorliegenden Handschriften enthält eine geschlossene, lückenlose Reihe sei es seiner Sonntags-, sei es seiner Heiligenpredigten. Auch die wichtigen Codices : *Paris Nat. lat. 13374, 18181* ; *Toulouse 337* ; *Vat. lat. 1250* mit ihren gut geordneten und ziemlich umfassenden Predigtreihen müssen vielfach ergänzt werden. Ebenso bedürfen die gedruckten *Sermones de tempore* (Paris 1530) beinahe Sonntag für Sonntag der Ergänzung. So bemühte sich schon B. Hauréau in seinen *Notices et extraits* [12] die Sonn- und Festtagspredigten zu ergänzen. So stellte L.-H. Labande im *Catalogue général*, t. 27 (Paris 1894) aus Cod. *Avignon 304* die Initien vor allem der Heiligenpredigten in der losen Reihenfolge der Handschrift zusammen. Es sind wichtige Vorarbeiten, die uns heute eine umfassende Zusammenstellung seiner Predigten nach der gewöhnlichen Aufteilung in *Sermones de tempore, de sanctis, de communi* und in der Folge des Kirchenjahres ermöglichen. Einige wenige Predigten, die wir nicht einreihen können, werden am Ende der Sonntags- und der Communepredigten angeführt.

Bei dem handschriftlichen Überlieferungsstand dieser Predigten muß auch auf die nur bedingte Verlässigkeit und Vollständigkeit unserer eigenen Liste hingewiesen werden. Alle unsere Zuteilungen haben wir an Hand einer von uns angelegten Initien-Sammlung der lateinischen Predigten des 13. Jahrhunderts getroffen. Ein künftiger Textvergleich wird Umstellungen und Ergänzungen vornehmen müssen. Wir konnten vorerst nur von den dem Jacobus von Lausanne sicher gehörenden Predigtreihen, wie sie für die Sonntage vor allem in den Codd. *Paris Nat. lat. 18181* und *Vat. lat. 1250*, für die Heiligenfeste vor allem in den Codd. *Paris Nat. lat. 18181*, *Vat. lat. 1250* und *Avignon 304* vorliegen, ausgehen und an Hand dieser Reihen und mit Hilfe einzelner, mit dem Namen

11. Z. B. *in nativ.* : « In ea natum est (Matth. 1, 20) », statt : « Quod enim in ea... » ; *in f. Petri mart.* : « Usque ad mortem (Apoc. 2, 10) », statt : « Esto fidelis usque... » ; *in nativit. B. M. V.* : « Nova lux oriri (Esth. 8, 16) », statt : « Iudaeis nova lux... » u. a.

12. Vgl. vor allem II, 154 ff. ; V, 286-290.

des Verfassers gezeichneten Predigten (z. B. in den Codd. *Paris Nat. lat. 14973, 14799*) die entsprechenden anonymen Predigten anderer Handschriften unserem Prediger zuweisen. Bei zwei Handschriften (*Paris Nat. lat. 14966* und *Escorial d. III. 17*) mußten wir annehmen, daß auch die übrigen sich dort findenden anonymen Predigten unserem Dominikaner gehören, obwohl wir sie nicht durch namentlich belegte Parallelen als sicheres Eigentum des Jacobus von Lausanne erweisen können. Dazu haben uns nicht nur einzelne allein bei Jacobus von Lausanne sich findende Themen und andere in der für ihn bezeichnenden Verkürzung gefaßten Themen veranlaßt, sondern auch manche für ihn charakterischen Textinitien. Andere Handschriften, so nahe sie auch in einzelnen Sermones oder in ganzen Predigtreihen dem gesicherten Eigentum unseres Predigers stehen mögen (z.B. *Paris Nat. lat. 3554* u. *Avignon 295*) haben wir mangels solcher Indizien nicht in unsere Liste aufgenommen [13]. Wieweit dieses Unterfangen sich als richtig erweist, werden weitere Handschriftenfunde und weiter eindringende Textvergleiche dartun müssen. Sicher wird bei näherem Zusehen die eine oder andere Predigt aus unserer Liste gestrichen werden, während andere noch hinzukommen müssen vor allem dort, wo wir noch bei einem Sonntag, die sonst zum mindesten durch je eine Epistel- und Evangeliumpredigt ausgestattet sind, noch die eine oder andere Predigt vermissen. Doch dürfte durch unsere Liste das Predigteigentum des Jacobus von Lausanne im wesentlichen abgegrenzt sein.

Die einzelnen Initien bringen nach dem in Klammern gesetzten Hinweis auf den Sonntag oder das Heiligenfest das Predigtthema, das sich durch einen Gedankenstrich vom Textbeginn abhebt, dieser wieder wird durch drei Punkte vom Predigtschluß abgesetzt. Jedes Predigtthema wird am gleichen Sonntag oder Heiligenfest nur einmal angeführt. Die *Collationes* also, die immer als solche gekennzeichnet sind, oder in ihrem Textinitium abweichende handschriftliche Parallelen oder Neuausführungen über das gleiche Thema werden (ohne Wiederholung des Themas) nach einem Gedankenstrich gleich mit ihrem Textinitium angeführt. Jeder Predigt folgt im Kursivdruck der handschriftliche Beleg. Bei dem weit verbreiteten Stammgut unseres Predigers führen wir nur einige wichtige Handschriften an. Bei Handschriften, in denen die Predigten in geordneter Zeitfolge überliefert sind, ersparen wir uns gewöhnlich den fol. Hinweis.

13. Ob *alle* Sermones des Cod. *Bordeaux 295* Jacobus von Lausanne zuzuweisen sind, bedarf noch einer sorgfaltigen Prüfung.

Sermones de tempore.

[d. 1. adv.]. *Sicut in die honeste ambulemus* (Rom. 13, 13) — Vulgariter dicitur quod curialitas incognita est perdita ; nimis enim errat et mesprent, qui curialitatem accipit et gratias non agit... 4 Reg. 7, 9 Si tacuerimus...

Paris Nat. lat. 3553 f. 6^{v} ; *14799* f. 205va ; *14973* f. 103 ; *Clm 13585* ; *Toulouse 337* ; *Vat. lat. 1250* ; Ed. Paris 1530.

— Vulgariter dicitur : Selon le jour le port, la journée veut la marée. Aliter enim se gerit homo in die sollemni... 1 Thess. 4, 11 Honeste ambulemus ad ea, quae foris sunt. Rogabimus Dominum...

Paris Nat. lat. 13374 f. 148ra; *14799* f. 205va; *18181* f. 1ra ; *Clm 13585* ; *Vat. lat. 1250* ; Ed. Paris 1530.

— Secundum Augustinum status peccati sive culpae... servitium Dei in gloria beatorum.

Paris Nat. nouv. acq. lat. 1475 f. 67ra.

— Videmus in hoc mundo, quod securius est ire de die quam de nocte, et ideo sapientes peregrini non libenter vadunt de nocte, sed de die... Ps. 77, 25 Panem angelorum manducavit homo, cibaria misit in eis in abundantia.

Paris Nat. lat. 3552 f. 1ra ; *Avignon 601* f. 1ra.

— Dicentes in illa die : Confitemur (Ps. 74, 2 ?)...

Paris Nat. lat. 14966 P. II f. 1ra.

[d. 1. adv.]. *Propior est nostra salus* (Rom. 13, 11) — In morbo, qui sequitur cursum solis, salus vel sanitas est propior vel distantior... Col. 3, 24 Accipietis retributionem hereditatis.

Paris Nat. lat. 3552 f. 93^{vb}; *13374* f. 149ra; *15962* f. 13ra; *18181* f. 1^{vb}; *Toulouse 337* ; *Vat. lat. 1250* ; Ed. Paris 1530.

[d. 1. adv.]. *Ecce rex tuus venit tibi* (Matth. 21, 5) — Ex evangelio, quod « Prope est regnum Dei » (Luc. 21, 31) — Secundum jura... (vide sub hoc themate !)... per Jesum Christum in laudem et gloriam Dei.

— Secundo tangitur honoris proficui profectus... Col. 1, 10 Deo per omnia placentes.

Paris Nat. lat. 15962 f. 1^{r}.

— Differentia est inter regnum caelorum et stellarum ex una parte et regnum brutorum et ferarum ex alia... Apoc. 22, 30 Veni Domine Jesu.

Paris Nat. lat. 14966 f. 1 ; *17516* f. 46.

[d. 2. adv.]. *Quaecumque scripta sunt* (Rom. 15, 4) — Scripta ad duo sunt inventa, [ut essent expressiva voluntatis scribentis vel testantis... ideo Salomon in Prov. (19, 2) : Ubi non est scientia animae, non est bonum.

Avignon 601 f. 2^{vb}.

[d. 2. adv.]. *Tunc videbunt filium hominis* (Luc. 21, 27) — Secundum Gregorium hoc solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur... secundo describitur quantum ad dignitatem, quam meruit patiendo.

Paris Nat. lat. 14966 P. II f. 19^{rb} ; *17516* f. 50 ; *Avignon 601* f. 57^{v}.

— Dicit beatus Augustinus : Hoc solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur ...Ps. 17, 3 in conspectu eius nubes...

Paris Nat. lat. 3552 f. 106^{rb} ; *nouv. acq. lat. 1475* f. 68^{vb}.

— Cassiodorus libr. 4 epistolarum dicit sic : Aegris non una causa salutis est, alter cibis reficitur, alter per abstinens... Matth. 25, 34 Venite benedicti...

Escorial d. III. 17 f. 130^{rb}.

Collat.] — Scolaribus affectis ad doctrinam alicuiu s doctoris, qui nova et insolita

docuit, cedit ad magnam consolationem et gaudium... ut cum eis perpetuo gaudere possimus.

Escorial d. III. 17 f. 133^{rb}.

[d. 2. adv.]. *Videbit eum omnis populus* (Apoc. 10?) — Secundum quod dicit philosophus Prooem. Metaph. : Sensum visus prae aliis sensibus diligimus... Luc. 18, 43 Omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.

Paris Nat. lat. 14964 f. 200^{rb}.

[d. 2. adv.]. *Appropinquat redemptio vestra* (Luc. 21, 28) — Secundum legem Dei: Possessio vendita uni potest per alium redimi... non magni sed parvi videamur.

Artifex huius artis est gramaticus. Et est gramaticus qui scit recte scribere et recte scripta pronunciare.

Autor vero est Prisc⟨ianus⟩ cesariensis.

Intencio auctoris est Iuliano imperatori de tercia decl⟨inati⟩one nominum et de preteritis verborum certas regulas tradere et omnia vicia latinorum gramaticorum corrigere et pre⟨ter⟩missa ab eis addere.

Cum omnis eloquencie. Quoniam multi ante Prisc⟨ianum⟩ de arte gramatica scripserant, ne hoc opus post scripta aliorum superflue videretur, prologum, in quo diversas causas illius post scripta aliorum ost⟨endit⟩, premittit ; in quo lectorem docilem, benivolum, attentum reddit. Ostendendo enim unde acturus est, reddit illum docilem ; ostendendo qualiter, benivolum ; ostendendo cur, attentum.

---

11. Isidorus, *Etymologiae* I, xxxv, 7. Eamdem definitionem tradit noster Willelmus in sequentibus locis : *super Priscianum* XVII, 155 (*P*, f. 123^{rb}) ; XVII, 181 (*P*, f. 123^{vb}).

12. quedam *cod.*

13. quod *cod.*

14. concedit *cod.*

Prima causa quam hic ponit est necessitas. Ars enim ista [f. 1^{vb}] ab omnibus qui de ea scripserant viciose erat scripta et a nullo latinorum correpta. Fuit igitur necessarium ut [ut] ab isto corrigeretur.

Modo littera sic exponatur ut 'cum', quia est causalis et subcontinuativa, a⟨d⟩ tempus differatur. *Invenio latinos celebrasse.*

Paris, Centre National de la Recherche Scientifique.

Édouard Jeauneau.

Die Parallele Maria-Kirche nach einem ungedruckten Sermo des Gottfried von St. Viktor

Im allgemeinen steht die Frühscholastik noch in einer recht lebendigen Verbindung mit der zum größten Teil durch Augustinus vermittelten Patristik, deren Ideen sie aufgenommen hat und auf ihre Weise weitergibt. Dabei sind mitunter gedankliche Fortschritte zu verzeichnen, während es anderseits kaum ausbleiben konnte, daß die von den Vätern erreichte Vollendung nicht überall ganz behauptet wurde. Wir müssen also jedes Mal im einzelnen festzustellen suchen, was die Theologie des 12. Jahrhunderts zu einem bestimmten Thema, das gegebenenfalls patristisch bereits gut ausgearbeitet war, zu sagen weiß. Als Beispiel sei hier die interessante Parallele Maria-Kirche herausgegriffen.

Die frühscholastischen Ausführungen zu diesem Thema sind uns durch die äußerst gründliche Monographie von H. Barré C. S. Sp., *Marie et l'Église, du Vénérable Bède à Saint Albert le Grand* bekannt geworden [1]. Die Fülle des dort gebotenen Materials an gedruckten und ungedruckten Texten läßt das Schlußurteil einigermaßen überraschend erscheinen : «Non seulement l'idée que Marie est le prototype de l'Église ne constitue pas le thème central de la mariologie médiévale, mais il faut ajouter, pour rester fidèle à l'histoire, que l'étude des rapports entre Marie et l'Église n'est pas encore, à cette époque, une préoccupation majeure » [2]. H. Riedlinger bestätigt neuestens für ein enger gewähltes Blickfeld ein derartiges Ergebnis, wenn er schreibt : « Indes müßte jeder enttäuscht werden, der in den mariologischen Hoheliedkommentaren etwa tiefgründige Reflexionen über die Art und Weise der Gleichförmigkeit Mariens mit der Kirche suchen wollte. Denn die Autoren (des 12. Jahrhunderts) betrachten Maria tatsächlich als konkrete, lebendige Person... das Symbolhafte, das

1. *Marie et l'Église* I (*Bulletin de la Société française d'études mariales* 9), Paris 1951, 59-143.
2. A. a. O. 125.

Typisch-Ekklesiologische der Gestalt Mariens wird dagegen kaum einmal als solches in Betracht gezogen. Wohlgemerkt, es ist ihnen selbstverständlich, Maria stellvertretend für die Kirche zu setzen... aber es liegt ihnen offenbar nicht viel daran, ihr tiefes, unreflektiertes Wissen um die geheimnisvollen Zusammenhänge zwischen Maria und der Kirche in das Licht einer grellen, kritischen Bewußtheit zu heben »[3]. Wir wollen diesen beiden Urteilen keineswegs widersprechen, möchten jedoch die überragende Bedeutung eines Sermo des Gottfried von St. Viktor herausstellen, auf den übrigens Barré als erster schon hingewiesen hat [4].

Dem Theologieprofessor von Lille-Lyon, Ph. Delhaye, ist es vor allem zu verdanken, daß Gottfried (*Godefridus canonicus Sancti Victoris*, Godefroy) dem Dunkel der Vergessenheit entrissen wurde. Er hat nicht bloß sämtliche wissenswerte Angaben über dessen Persönlichkeit, sein Leben und seine schriftstellerische Tätigkeit (und deren handschriftliche Überlieferung) veröffentlicht [5], sondern auch eine allgemein anerkannte Edition seines Hauptwerkes, des sogenannten *Microcosmus*, geschaffen [6]. Den unserem Thema namentlich gewidmeten Sermo *De nativitate beatae Mariae* (mit dem Incipit « Sacram et salutiferam primae matris gratiae nativitatem omnes eiusdem gratiae secundas matres secundosque filios vel filias gratulanter ac devote celebrare convenit ») setzt er zeitlich vor die Abfassung des *Microcosmus*, also vor das Jahr 1185 [7].

Nach den wertvollen Arbeiten von Barré und Delhaye bleibt der wissenschaftlichen Forschung unter der gegebenen Rücksicht nicht mehr viel zu tun übrig. Wir bringen hier nur den vollständigen Wortlaut des erwähnten Sermo und versuchen dann anschließend, was so erst möglich wird, eine eingehende Würdigung seines Inhaltes nach

---

3. *Die Makellosigkeit der Kirche in den lateinischen Hoheliedkommentaren des Mittelalters* (*Beiträge zur Geschichte der Philosophie und Theologie des Mittelalters* 38, 3), Münster i. W. 1958, 205.

4. « Seul le beau sermon de Godefroy de Saint-Victor sur la Nativité de Marie peut être considéré comme un exposé d'ensemble... Certaines idées ne sont représentées que par l'unique Godefroy de Saint-Victor » (a. a. O. 125). Vgl. auch die dort mitgeteilten Stellen aus dem Sermo in den Anm. 29, 79, 156, 258, 309, 310, 311, 341, 467, 493, 555.

5. *Le Microcosmus de Godefroy de Saint-Victor, Étude théologique*, Lille-Gembloux 1951. — *Les sermons de Goaefroy de Saint-Victor, leur tradition manuscrite*, in *Rech. Théol. anc. méd.* 21 (1954) 194-210.

6. Godefroy de Saint-Victor, *Microcosmus*. Texte établi et présenté par Ph. Delhaye, Lille-Gembloux, 1951.

7. *Les sermons...* 195 ; *Le Microcosmus...* 33. — Im *Microcosmus* beruft sich Gottfried selbst auf den *libellus sermonum* (lib. II, cap. 114 ; ed. Delhaye 126).

theologischen und dogmengeschichtlichen Gesichtspunkten. Unserem Texte liegt die einzige bisher aufgefundene Handschrift der Bibliothèque Mazarine (*Paris Maz. lat. 1002*, aus dem Ende des 12. oder aus dem Anfang des 13. Jahrhunderts) zugrunde, die Delhaye bereits beschrieben hat [8].

I. — Text

Sermo ⟨Godefridi canonici S. Victoris Parisiensis [9]⟩ de natiuitate beate Marie

Sacram et salutiferam prime matris gratie natiuitatem omnes eiusdem gratie secundas matres secundosque filios uel filias gratulanter ac deuote celebrare conuenit.

Beatissimam autem Uirginem, cuius hodie ortum temporalem celebramus, matrem gratie recte dixerimus, non solum quia ipsa suis interuenientibus meritis et precibus omnem nobis gratiam apud Patrem [107v] gratiarum et fontem misericordiarum impetrare et potens et presto est, uerum etiam ob causam longe excellenciorem, quia uidelicet illum ineffabiliter mundo munda edidit, qui emphatice, i. e. expressiue, ipsa gratia dici potest. Sicut enim per emphasim, i. e. per expressionem, Deo dicere solemus : Deus meus, misericordia mea ; domine, refugium meum ; dominus illuminacio mea et salus mea et huiusmodi, sic sub eadem figura specialiter domino Christo dicere possumus : Dominus meus, gratia mea. Tum quia gratis est datus mundo, i. e. sola diuina caritate, nullis mundi precedentibus meritis, sicut scriptum est : Puer natus est nobis, filius datus est nobis, non enim ex operibus iusticie, que fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Tum quia mundo gratis est dans omnem uidelicet gratiam, quam ipse principaliter tamquam caput sui corporis sine mensura capiens omnibus suis membris large distribuit. Gratia enim et ueritas per Jhesum Christum facta et distributa est, ueritas facta, gratia distributa.

Non solum autem beatam Uirginem matrem gratie, sed et primam matrem gratie rectissime uocauerimus. Primam inquam tam dignitate quam tempore. Et dignitate quidem, quia ipsa Uerbum Dei diuinitus sibi infusum non solum spiritualiter, uerum etiam corporaliter gignere promeruit. Cetere namque sancte et caste et uirgines anime Uerbum diuinum sibi celitus inspiratum spiritualiter quidem concipere et gignere merentur, concipere audiendo, discendo, meditando, gignere do-[108r]-

8. *Les sermons...* 195 f. — Barré macht noch darauf aufmerksam, daß ein späterer Sermo unseres Gottfried *In nativitate beatae Mariae* (*Paris Bibl. nat. lat. 14515*, f. 157v-161r) das Thema teilweise wörtlich wieder aufnimmt (a. a. O. 127, Anm. 29). Aber für eine Rekonstruktion des ersten Sermo kommt dieser Text wohl kaum in Frage.

9. Quae uncis includuntur, supplevimus ex titulo totius libelli sermonum (*Paris Maz. 1002*, f. 1r).

cendo, predicando, operando. Propter quod eas secundas matres eiusdem Uerbi uel gratie prenominauimus, sicut scriptum est : Quia quicumque fecerit uoluntatem Patris mei, qui in celis est, ille meus frater, soror et mater est. Frater uel soror in utrolibet sexu, dum gignitur, mater in utroque sexu, dum gignit. Hoc inquam cetere uirgines sancte, ista uero unica, ista singularis, ista incomparabilis uirgo unum Dei Uerbum totum sibi per Spiritus sancti operacionem infusum non solum, ut diximus, spiritualiter, sed etiam corporaliter et personaliter ineffabili quodam modo ad salutem mundi protulit, quod nulli umquam aliorum contingere potuit.

O uere matrem in partu singulariter excellentem, o uere matrem in modo pariendi omnino singularem. O uiua Dei sapiencia, que ex ore Altissimi eternaliter et prodis et prodisti et in tempore non tantum in cor Uirginis spiritualiter, sed etiam in corpus eiusdem corporaliter introisti. Quis det misere anime mee cece et sordide dignam fieri concipere te uel spiritualiter ad sue cecitatis illuminacionem et sue feditatis emundacionem et gignere te ad sui et proximorum edificacionem ? Triplex enim est, o diua [10] sapiencia, tua generacio. Prima eterna soli eterno Patri sine matre, secunda temporalis soli temporali et singulari huic, de qua loquimur, matri sine patre, tercia temporalis quoque, sed multis sanctis matribus sexu indifferentibus sine masculo patre conueniens est, inter quas et me quoque tua queso gratia, o benigna sapiencia, connumerare dignetur. [108v] Merito ergo beata Uirgo hec prima dignitate mater gratie nuncupatur.

Tempore quoque nichilominus prima mater gratie dici potest. Cum enim sint duo genera hominum, carnalium uidelicet et spiritalium, malorum et bonorum, itemque duo genera eorundem matrum, natura et gratia, culpa et uenia. Sicut inter matres nature prima tempore inuenitur Eua, sic inter matres gratie prima tempore inuenitur ea, cui conuerso nomine prioris angelicum dictum est aue. Illa namque prima carnalem hominem carnaliter genuit mundo, ista prima spiritualem hominem spiritualiter genuit Deo. Illa ad culpam et dampnacionem, ista ad ueniam et saluacionem. Illa fuit prima ianua intrantibus in hunc mundum, ista fuit prima ianua intrantibus in celum. Illa prima facta est porta inferni, ista prima facta est fenestra celi. Illa primum Adam quodam modo habuit et sponsum et filium, ista secundum Adam contrario modo habuit et sponsum et filium. Illa namque suum Adam habuit sponsum quidem carne, filium carnalitate, sponsum carnali commixtione, filium carnalitatis et culpe iniciacione. Ista e contrario suum Adam habuit sponsum quidem mente, filium carne, sponsum spirituali copulacione, filium carnali generacione et miro quodam modo prius sponsum quam filium, sponsum spiritualem, filium corporalem. Illa denique fuit caput et principium totius mundi familie, ista fuit caput et principium universe Dei ecclesie. Ab illa namque tempus et lex nature, ab [109r] ista tempus et lex gratie initium habuit.

Iure ergo etiam tempore beata Uirgo prima mater gratie et caput

10. Forte corrigendum : *diuina*.

ecclesie appellatur. Quamuis enim ante ipsam multe sancte et electe anime fide et predestinacione ad quandoque futuram pertinuerint ecclesiam, nulla tamen ante ipsam presencialiter incipientem sic inchoauit uel fundauit sicut ipsa, que primum eius membrum et caput fuit. Nec obuiat, quod docente sacra scriptura beatum fructum uteri eius dominum Jhesum caput esse ecclesie didicimus. Aliter namque ista, aliter ille hoc dicitur. Ista tempore, ille auctoritate. Ista principio, ille principalitate. Ista materialiter tamquam prima eius pars et materia, ille causaliter tamquam prima eius efficiens causa. Nec ob hoc aliquis ecclesiam quasi bicipitem aut biceps monstrum finxerit, quia nec ob hoc aliquis aut quadrupes aut quatuor habere pedes dicitur, quia alios pedes corporis, alios habet pedes mentis.

Hodie ergo de stirpe dauitica egrediens uirga uirgo Maria uineam dominicam in se plantari incipientem tanquam primus et non ignobilis eius surculus inchoauit. Tunc enim quelibet res ex partibus constans recte inchoari dicitur, quando prima eius pars in substantiam ingreditur. Sic certe domus primo fundari dicitur, quando primus eius lapis in fundamento iacitur. Sic et uinea recte primo plantari dicitur, quando primus eius surculus in terra defoditur.

Hic est ille nobilis surculus, illa uiridis uirga et florens, quam sanctus propheta olim per [109v] Spiritum intuitus precinebat dicens : Egredietur uirga de radice Iesse etc. Uirga inquam directa, uirga gracilis, uirga delicata, uirga quam Spiritus sanctus in cantico amoris ascendentem uidens de deserto admiratur dicens : Que est ista, que ascendit per desertum sicut uirgula fumi ex aromatibus myrre et thuris et uniuersi pulueris pigmentarii. Quam idcirco nimirum congrua similitudine uirgulam et ascendentem per desertum dixit, quia de tam modica planta in tam magnam, tam ramosam tamque fructuosam arborem ecclesie a deserto Iudee incipiens et per medium gentilitatis desertum ascendens mirabiliter excreuit. Uel certe ideo uirgulam et ascendentem per desertum dixit, quia ex quo nata est, semper a terrenis et infimis mundi uoluptatibus nutu Dei longe facta tamquam uirga recta sese in celum erexit et per desertum, i. e. per celibem uitam procul a tumultibus seculi remotam, tam diu ascendere non desiit, donec usque supra celos peruenit, donec regna celorum fieri, i. e. super choros angelorum exaltari, meruit. Quam etiam pulchre uirgulam fumi dixit uolens latenti misterio significare eam fore, ut diximus, primam plantam ecclesie, que ecclesia nomine fumi hac racione significatur, quia sicut fumus uno et eodem tempore partim in auras resoluitur, partim adhuc de ignita materia nascitur, sic nimirum sic sancta ecclesia partim decedentibus quibusdam membris suis semper in celum rapitur, partim aliis succedentibus [110r] ex igne Spiritus sancti in aromatica materia, i. e. in sancte opinionis animabus, ardente semper noua renascitur. Unde et adiecit : Ex aromatibus. O uirgam sanctam, uirgam uere aromaticam, que tam ex ramis suis quam ex se, non solum myrre et thuris, i. e. mortificacionis carnis et deuote oracionis, fumum suauissimum in celos profundit et odorem, uerum etiam uniuersi pulueris pigmentarii, i. e. uniuersarum uirtutum pilo humilitatis quasi in puluerem redactarum, omnimodam redolet dulce-

dinem. Sicut enim species aromatice, species medicinales, tunc primum ualent ad confectionem, quando puluerizantur, sic utique uirtutes omnes suaue redolentes et spiritualium morborum curatiue tunc primum ducunt ad perfectionem, cum per uirtutem humilitatis quasi nichili estimantur. Que, scilicet uirtus humilitatis, adeo in beata Uirgine inter maxima eius merita preualuit, ut omnes alias uirtutes suas per eam quasi contuderit et puluerem estimauerit.

O beatam stirpem, o sanctam radicem, de qua talis pullulauit uirgula, que primum quidem modica, post in maximam excreuit uineam, uineam electam, uineam dominicam, uineam tam grandem, tam spaciosam, que palmites suos usque ad mare extenderet et usque ad flumen propagines eius, immo et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, cuius umbra montes operiret et arbusta eius cedros Dei. Quam et si uindemiarent omnes, qui pretergressi sunt uiam, et si exterminaret eam aper de silua et si singularis ferus [110v] depasceretur eam et quantum in ipsis erat, radicitus euellere molirentur, nullus tamen preualuit aduersus eam, sed inter pressuras et tribulaciones magis ac magis excreuit et fructum fecit et facit in tempore suo. Exultet ergo et iocundetur hodie uniuersa mater ecclesia, quia non solum unius matris Uirginis celebrat ortum temporalem, sed etiam in una matre Uirgine suum recolit natalem. Quamuis enim una nascitur hodie uirgo Maria, in una tamen et cum una uniuersa nascitur, ut dictum est, ecclesia.

Nec obest, quod de latere Ade dormientis formata legitur Eua, in quo mistice intelligitur, quia de latere Christi in cruce morientis formata et sic non ab hoc die, sed a dominice passionis tempore inchoata uidetur ecclesia. Hoc inquam non obest. Hodie namque inchoata est nascendo, que tunc inchoata est renascendo, hodie per generacionem, que tunc per regeneracionem, hodie incepit esse, que tunc incepit sancta esse. Sic certe uniuscuiusque fidelis dupplex est natiuitas, una carnalis, alia spiritualis, una in uitam, alia in sanctam uitam. Hodie itaque non dico renata, sed nata recte creditur ecclesia, quando prima ecclesie nascitur persona. Ipsa namque beata Uirgo prima creditur fuisse inter omnes personas denuo per baptismi gratiam renascituras, que sole proprie et specialiter persone uel membra ecclesie dicuntur. Neque enim credendum est ipsam non summe baptismi gratiam percepisse, que ipsius gratie quasi fons et baiula meruit existere. Quam gratiam et si non alio tempore, [111r] tunc tamen eam perfecte credimus assecutam, quando Spiritu sancto in eam superueniente et uirtute Altissimi eam obumbrante ipsam gratiam in utero concepit. O quam uere in spiritu et igne baptizata fuit a superueniente Spiritu. Quam sic contigit emundari, ut et a preteritis, si que erant, ablueretur maculis et de cetero nulla posset peccati contagione maculari. Hec autem ideo dicimus, quia utrum sacramentaliter baptizata fuerit, nulla nobis adhuc certa auctoritas, qua id determinetur, occurrit, quamuis tamen adhuc superfuerit, quando illa generalis lex renascendi summi principis institucione promulgata est, qua dicitur: Nisi quis renatus fuerit etc.

Non solum autem ad litteram hodie beata Uirgo nascens nascentem inchoauit ecclesiam, uerum etiam eandem mistice re et nomine et nati-

uitatis sue tempore significauit. Et re quidem, quia uirgo hec, uirgo illa ; incorrupta hec, incorrupta illa ; sine macula et ruga hec, sine macula et ruga illa ; sponsa regis hec, sponsa regis illa ; mater hec, mater illa ; prima mater hec, secunda mater illa, immo secunde matres illa. Nam una matres, multe matres ; una ecclesia, multe ecclesie, sicut unus populus multi populi et e conuerso. Nomine quoque siue nominis interpretacione, quia Maria, i. e. maris uia, hec ; Maria, i. e. maris uia, illa. Utraque enim uera uia est, per quam de naufragio fluctuantis huius mundi euaditur. Utraque uera stella est in polo, i. e. in summo rerum cardine infixa immobiliter, que omnem hominem per mare huius [111v] seculi nauigantem, si in se intenderit, ad portum salutis eterne dirigit. Natiuitatis quoque sue tempore eam significauit expresse. Nascitur enim uirgo Maria tempore autumpnali, anno iam senescente, nascitur uirgo ecclesia in autumno seculi, mundi iam senio uergente. Nascitur uirgo Maria sole signum uirginis occupante, nascitur uirgo ecclesia sole iusticie Christo in Uirgine sibi habitaculum preparante. Neque enim tunc primum eam inhabitauit, quando in ipsam corporaliter introiuit, uerum etiam quando eam ex utero sibi uas electum sanctificauit. Quis etenim credat eum non ex utero matrem suam sanctificasse, qui prophetas et electos minores suos ex utero noscitur sanctificare ? Quomodo non ex utero sanctificaret unicam matrem suam Mariam, qui etiam ex utero sanctificauit non unicum prophetam suum Iheremiam. Prius, inquit, quam te formarem etc.

Sed iam, fratres karissimi, sermonem ad nosmetipsos conuertamus et inuestigemus, si possumus, quenam sit hec ecclesia, quam tantopere commendamus, quam uirginem, quam incorruptam, quam sine macula et ruga, quam sponsam regis et matrem predicamus, quam denique tante Uirgini et matri comparare presumimus. Num quidnam ipsa est ista murata, quibus includimur, edificia ? Non est ipsa per ueritatem, sed per significacionem. Significant enim hec eminentia, munda, dealbata intus et foris edificia eminentem uirtutibus, mundam a uitiis, castam mente et cor-[112r]-pore Dei ecclesiam, uiuis ex lapidibus constructam. Quid ergo ? Numquid ipsa est uniuersa christiani collectio populi ? Certe nec ipsa est uirtutis possessione, sed sacramentorum participacione, non numine, sed nomine, non merito, sed numero. Multi enim sunt uocati, pauci uero electi. Quid ergo ? An forte ipsa est ea, que uulgo dicitur romana aut iherosolimitana, gallicana aut hispana aut alia quelibet sic dicta ecclesia ? Quid dicam, fratres ? Uideo quidem et agnosco in his nomen ecclesie, sed non sic uideo uel agnosco rem nominis, seu quia latens est seu quia omnino non est. Quid enim ? Quenam istarum, que uulgo dicuntur ecclesie, uirgo est aut impolluta, digna uocari sponsa regis sine macula et ruga, sine macula inquam culpe criminalis et ruga dupplicitatis, sine quibus utique necesse est esse eam, que Dei uere sponsa est, ecclesiam ? Neque enim nunc de uenialium loquor macula [11], sine quo nec ipsa uera Dei sponsa in hac uia esse potest.

Proh dolor, quante sunt in luna, i. e. in ea que uulgariter dicitur eccle-

11. In margine.

sia, macule inquam etiam que numquam delebuntur. Circuite terras, circuite maria, circuite urbes, circuite uillas, circuite uicos, circuite plateas, circuite castra, circuite claustra, circuite domos, circuite angulos, ubique macule, ubique ruge. Nam ut deteriora pretermittamus, ubique doli, ubique fraudes, ubique mendacia, ubique periuria, ubique detractiones, ubique simulaciones, ubique odia, ubique simultates, [112v] ubique auaricia, ubique immundicia, ubique inuidia, ubique superbia. Heu mihi, que et quot et quante, quam fede quamque indelebiles macule, quam grosse quamque palpabiles ruge.

Quid ergo possumus dicere, fratres ? Ubinam inueniemus, quam querimus, uirginem sponsam regis et matrem ecclesiam, totam pulchram, totam immaculatam, cui uere sponsus dicat in canticis : Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te, tota inquam etiam in inferioribus membris ? An forte nomen est inane, nomen sine re ? Inuenimus quidem tempus natiuitatis eius, sed inuenire non possumus locum habitacionis eius ? Igitur aut latens est aut de medio sublata est aut de loco suo translata est. An forte que hodie nata est cum Uirgine, etiam in celum translata est cum Uirgine ? Ue nobis, si tota in celum translata est et non etiam in terris est.

Scio quidem, scio, quia in celis est habitacio eius, inter sanctos angelos Dei est conuersacio eius. Sed spero, quia non tantum in celis, uerum etiam in terris est. Audiui enim, quia dupplex est adhuc porcio eius, una regnans in celis, alia militans in terris. Non quero regnantem in celis, sed quero militantem in terris. Securus sum de ea, que regnat in celis, sed uehementer anxius sum de ea, que militat adhuc in terris. Uultis tamen scire, fratres, quenam sit et ubi sit hec uirgo sponsa regis et mater ? Certe, nisi fallor, ipsa est, ut descriptiue eam secundum uie statum demonstremus, dispersa collectio siue collecta dispersio [113r] sanctarum animarum uera fide et unanimi uoto in Deum tendencium. Dispersa inquam loco, collecta uoto ; dispersa locorum, non uotorum uarietate ; collecta uotorum, non locorum idemptitate. Non enim multos huiusmodi in uno loco, sed in uno uoto inuenies, multos inquam respectu malorum. Ipsa est namque paucitas granorum sub multitudine palearum latencium, que non ante manifestabuntur, quam in fine dominica area uentilabitur. Uel certe si moraliter eam libet intueri, ipsa est quelibet fidelis anima sincera fide et deuocione in Deum suspensa.

Triplex est enim, sicut ex sacris scripturis aduertimus, hec uirgo sponsa regis et mater. Prima est illa singulariter beata, que hodie nata est, uirgo sponsa regis et mater Maria. Secunda est generaliter illa beata uirgo sponsa regis et mater, que pariter hodie inchoata est ecclesia. Tercia est illa specialiter beata, que cotidie nascitur, uirgo sponsa regis et mater fidelis anima. Prima sic dicta historice, secunda allegorice, tercia tropologice. Prima singularis, secunda uniuersalis, tercia particularis. Prima namque est una uni, secunda uniuersa uni, tercia una quoque uni.

Hec ergo cogitantes, fratres karissimi, studeamus esse, quod dicimur. Dicimur uirgo sponsa regis et mater ecclesia, simus uirgo sponsa regis et mater ecclesia. Uirgo per corruptionis detestacionem et castimonie conseruacionem, sponsa regis per fidei et amoris deuocionem, mater per

sanam doc-[113v]-trinam et sanctam operacionem. Nemo seipsum seducat, nemo se decipiat, nemo sibi inaniter blandiatur, quia in presenti ecclesia ab hominibus numeratur. Quid enim mihi prodest in ecclesia ab homine numerari, si non etiam contingat ab illo superno meritorum inspectore in eadem realiter collocari ? Quid prodest bestie, si eam cecus inter homines numeret, quod utique uidens non faceret ? Non idcirco bestia homo aut homo bestia erit, karissimi. In discernendis meritis hominum omnes ceci sumus. Quis sit dignus gratia an odio, non uidemus. Solus ille supernus et infallibilis inspector singulorum iam qualitates et merita, et si nondum loca diuidit, qui etiam tandem de sagena ecclesie nostre [12] indistincte bonos et malos colligente alios eliget, alios eiciet et localiter edos ab agnis distinguet. Non ergo cogitemus fallere infallibilem, sed, ut diximus, satagamus esse, quod dicimur, non dici, quod non sumus. Alioquin ue nobis et dupplex ue. Primum quia non sumus, quod dicimur, secundo, quia dicimur, quod non sumus, quia indebitum nobis honorem per ypocrisim usurpamus. Nam simulata equitas dupplex est iniquitas.

Hoc autem, fratres, propter nos specialiter dico, qui recti speciem specialiter pretendimus, qui habitum perfectionis in nostro exteriori homine portamus, ne forte a secularibus illud euangelicum in nos retorqueatur : Attendite a falsis [114r] prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, a fructibus eorum cognoscetis eos. Uerum quia id sine gratia Dei esse non possumus, illam singulariter beatam matrem gratie, cuius hodie gloriosa celebratur natiuitas, illum quoque singularius beatum matris unigenitum per emphasim, ut diximus, gratiam uocatum suppliciter imploremus, quatenus alterius intercessione, alterius concessione, ab omni macula et ruga emundati sic rei, sicut nominis huius participes fieri mereamur. Quod ipse prestare dignetur etc.

II. — Theologische Würdigung

Der unmittelbare Eindruck, den diese Marienpredigt Gottfrieds in dem aufgeschlossenen Leser hervorrufen muß, spricht deutlich zu ihren Gunsten. Sie zeichnet sich durch verschiedene Vorzüge aus, so schon durch die ungemein klare Gedankenführung und durch ihre innige und fromme und zugleich rhetorisch beflügelte Sprache, die einen engen Anschluß an die der Hl. Schrift, zumal der Psalmen und des Hohen Liedes findet, und endlich noch besonders durch ihre eigene theologische Tiefe. Das Bestreben, den recht schwierigen Gegenstand genau zu erfassen und an Hand von Begriffsbestimmungen und exakten Unterscheidungen zu meistern, ist geradezu unverkennbar. Offenbar handelt es sich um die ausführliche Darstellung einer Lieblingsidee Gottfrieds ; denn selbst in seinem sonst wesentlich anders gearteten *Microcosmus* kommt er zweimal, wenn auch kurz,

12. Lectio dubia.

auf sie zurück [13], und sicher werden auch seine übrigen Predigten das gleiche Thema von neuem aufgegriffen haben [14]. Alles in allem genommen, muß man wohl das Urteil wagen, daß eine solche Leistung kaum von einem Theologen des 12. Jahrhunderts in dieser Höhe zu erwarten war.

Die Selbständigkeit ist zudem über jeden Zweifel erhaben, wie wir noch sehen werden. Als absolut neu muß namentlich die zusammenfassende Schau mit ihrer in die Einzelheiten gehenden Ausführlichkeit bezeichnet werden. Die *nativitas* scheint vorher nicht in die Parallele Maria-Kirche einbezogen zu sein, wie man auch selten mit dieser die andere Parallele Eva-Maria verbunden findet. Wenigstens nicht Gemeingut der frühscholastischen Mariologie sind die hervorgehobenen Ausdrücke « Maria mater gratiae » und « Maria caput Ecclesiae » [15]. Barré weist noch darauf hin, daß Gottfried allein in seiner Zeit den Vergleich Mariens mit der Kirche auf die Heilsbedeutung der beiden ausgedehnt hat [16].

Der Inhalt der Predigt wird verschiedene Kapitel der Theologie interessieren. So kann die Sakramentenlehre eine von Gottfried aufgeworfene Frage nicht übersehen, die Frage nämlich, ob Maria tatsächlich das Sakrament der Taufe empfangen habe. Der Ekklesiologie ist ein in etwa eigenartiger Kirchenbegriff dargeboten, der zwar ausdrücklich die sichtbare Seite der von Christus gegründeten Gemeinschaft hervorheben will, jedoch schließlich eine für unser heutiges Empfinden zu stark spiritualistisch gefärbte Note erhält. Zwei weitere Predigten unseres Theologen, die von Delhaye bzw. von Riedlinger ediert worden sind, gehen übrigens in mehr oder weniger dieselbe Richtung [17].

---

13. « Ponam inimicitias, inquit, inter te et mulierem... Vere diuinum et altissime profunditatis oraculum... in quo sic beate uirginis et matris dignitas singulariter commendatur, ut etiam uniuersaliter ecclesie et particulariter cuiuslibet electe anime, quod est semen mulieris, id est ecclesie, gratia commendetur » (II, cap. 129 ; ed. DELHAYE 140,22-141,2). « Illud diuinum oraculum supra commemoratum, antiquo serpenti dictum, uidelicet ipsa conteret capud tuum etc., post in beata uirgine et in ecclesia, cuius ipsa membrorum erat, perficiendum » (II, cap. 137 ; ed. DELHAYE 151, 1-4).

14. Viele von den *sermones* haben als Thema ein Marienfest oder die Kirche (vgl. die Übersicht bei DELHAYE, *Les sermons...* 197 f. und 200 ff.). Erst die Veröffentlichung wird ein Urteil über ihren eventuell mariologischen Inhalt ermöglichen, siehe aber auch die Beobachtung von Barré (Einleitung unserer Arbeit, Anm. 8).

15. Vgl. BARRÉ, a. a. O. 141, Anm. 467 und 136, Anm. 304.

16. A. a. O. 112.

17. DELHAYE, *Le Microcosmus...* 233-243 (*In die omnium sanctorum. — Maz. 1002*, f. 137^{v}-143^{r}). RIEDLINGER, a. a. O. 188-193 (*Sermo in generali capitulo. — Paris Nat. lat. 14515* und *14881*).

Am meisten Beachtung muß wohl die Mariologie den Ausführungen Gottfrieds schenken. Wenn wir einstweilen die Parallele Maria-Kirche unberücksichtigt lassen, lenkt vor allem seine Anschauung über die Sündenreinheit Mariens den Blick auf sich. An zwei Stellen erwähnt er das in der Frühscholastik noch nicht einheitlich gelöste Problem. Das erste Mal verlegt er die Reinigung der Gottesmutter in den Augenblick der Empfängnis ihres Sohnes (« Quam gratiam et si non alio tempore, tunc tamen eam perfecte credimus assecutam, quando Spiritu sancto in eam superueniente et uirtute Altissimi eam obumbrante ipsam gratiam in utero concepit ») ; indes sind seine Worte offensichtlich dahin zu deuten, daß er mit diesem Zeitpunkt nur den äußersten *terminus ad quem*, und zwar für eine vollkommene Reinigung angeben will. Das zweite Mal spricht er von einer « sanctificatio ex utero ». Obschon die Analogie zu Jeremias darin ein Äquivalent zu einer « sanctificatio in utero » erblicken könnte, so läßt sich eine derartige Interpretation doch wohl kaum aufrecht halten. Denn Gottfried erwähnt nirgends eine heilige Geburt Mariens, ja er schließt sie bewußt aus, wenn er die Unterscheidung von einer Geburt zum Leben schlechthin und einer Geburt zum heiligen Leben bringt. Er kennt also keine unbefleckte Empfängnis (im passiven Sinne) und auch keine unbefleckte Geburt der Gottesmutter, sondern lediglich eine Heiligung unmittelbar von der Geburt an, was sich übrigens in dogmengeschichtlicher Betrachtung als durchaus annehmbar herausstellen dürfte [18]. Allein die eine Tatsache bleibt so ungeklärt, warum Gottfried nicht seinem Vorgänger Richard von St. Viktor folgt, der ganz eindeutig eine « sanctificatio in utero » für Maria vertritt [19] ; es sei denn, man könnte die betreffende Schrift Richard absprechen und einer späteren Epoche zuweisen [20].

Ohne jeden Zweifel eignet unter mariologischer Hinsicht und wohl auch absolut der ausgeführten Parallele Maria-Kirche der allererste Platz. Gottfried setzt nicht nur die Geburt Mariens mit der Geburt der Kirche ineins, sondern versucht noch darüber hinaus,

18. Vgl. hierzu : J. Beumer, *Der mariologische Gehalt der Predigten Gottfrieds von Admont*, in *Scholastik* 35 (1960) 40-56.

19. « Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te. Beata Maria virgo tota pulchra fuit, quia sanctificata in utero. Ab utero quoque egressa nec mortale umquam nec veniale commisit. Et ante conceptionem quidem Filii Dei prius per gratiam custodita est a peccatis, post hanc vero ita confirmata est ex virtute Altissimi, obumbrata et roborata, ut peccatum omnino committere non potuerit » (*Explicatio in Cant. cant.* 26 ; PL 196, 482).

20. Siehe dazu Riedlinger, a. a. O. 183 f. — Die klare Stellungnahme des Textes zu Gunsten der absoluten Sündenfreiheit Mariens macht die Zuweisung an Richard nicht sehr wahrscheinlich. Indes muß die Frage der Echtheit auf einer breiteren Basis entschieden werden.

die damit gegebene Gleichheit näher zu begründen und in ihrer « significatio mystica » darzutun. In diesem Zusammenhang bringt er die Dreiteilung « re et nomine et nativitatis suae tempore », wobei der zuerst genannte Punkt am wichtigsten ist und dementsprechend auf die verschiedenen Momente ausgedehnt wird ; diese sind die Jungfräulichkeit, die Unversehrtheit, die Makellosigkeit, die Brautschaft gegenüber dem König (worunter nach den vorausgehenden Erklärungen nur Christus gemeint sein kann) und die Mutterschaft. Letztere wird zwar nicht direkt in geistiger Weise auf die Menschen bezogen, jedoch kommt auf den Umweg über die Namensdeutung auch der soteriologische Aspekt hinzu (« Utraque enim vera via est, per quam de naufragio fluctuantis huius mundi evaditur. Utraque vera stella est in polo... quae omnem hominem per mare huius saeculi navigantem, si in se intenderit, ad portum salutis aeternae dirigit »). Maria steht so vor den Zuhörern der Predigt, wohl seinen Ordensbrüdern (vgl. den Schluß der Homilie), in ihrer geradezu einzigartigen Würde da, gewiß in Verbindung mit den anderen Gliedern der Kirche, der sie als « primum membrum » oder « prima persona » zugehört, und doch von ihnen abgehoben, als « prima mater gratiae » von den « secundae matres gratiae », immer auch in wesentlicher Unterordnung unter Christus, was gerade bei ungewöhnlichen Formulierungen (wie z. B. : « Maria caput Ecclesiae ») eigens betont wird. Vielleicht darf man die von Gottfried so tief eingehend ausgeführte Parallele in das eine Wort « Maria die Keimzelle der Kirche » zusammenfassen, obschon er selber diesen Ausdruck nicht verwendet, sondern sich mit Umschreibungen begnügt.

Es ist nicht anders als selbstverständlich, daß eine für überwiegend praktische Zwecke gehaltene Homilie keinesfalls die Erwartungen erfüllen kann, die bei einem systematisch ausgebauten Traktat der Mariologie berechtigt wären. Infolgedessen läßt Gottfried manche einschlägige Fragen unbeantwortet, weil er sie einfach von sich aus gar nicht stellt. So könnte man fragen : Beschränkt er etwa die Urbildlichkeit der Kirche in Maria auf die seinsmäßige Konstitution ihrer Person oder erblickt er diese Urbildlichkeit auch in ihrem bewußten Handeln während ihres Erdenlebens (in dem Jawort zur Menschwerdung des Gottessohnes und in der Anteilnahme an dessen Erlösungsopfer) und während ihres verklärten Lebens seit der Aufnahme in den Himmel ? Die Fürbitte der Gottesmutter wird nur einmal ganz gegen Ende der Predigt kurz erwähnt, aber nicht ausdrücklich mit der ihr wesenseigenen Stellung zur Kirche in Verbindung gebracht. Wie versteht er weiterhin den Titel « Mutter der Gnade » ? Nach seinen persönlichen Angaben derart, daß die Mutterschaft gegenüber dem Urheber der Gnade gemeint ist, nicht notwendig so, daß Maria außer dieser mittelbaren Einwirkung auch direkt

an dem Erwerb oder mindestens an der Ausspendung der einzelnen Gnaden beteiligt sein müßte. Bei diesen und ähnlichen Fragen muß klar auseinandergehalten werden, was die Texte in sich besagen und was eine systematische Entwicklung den dort grundgelegten Prinzipien entnehmen könnte.

Eine eigene Schwierigkeit ergibt sich aus von der Gottfried selbst vorgelegten Unterscheidung zwischen der Geburt zum Leben schlechthin und der Geburt zu einem heiligen Leben. Wenn sowohl Maria als auch die Kirche davon betroffen werden, wie es doch die durchgeführte Parallele verlangt, so paßt die Unterscheidung zwar einigermaßen für Maria, wenigstens in der Annahme Gottfrieds, daß ihre Geburt nicht sündenfrei gewesen sei, aber schwerlich für die Kirche. Denn diese besitzt kein natürliches Leben, das von dem übernatürlichen Leben abgehoben wäre, und wenn sie überhaupt existiert, so existiert sie als heilige Kirche. Demnach besagt die unter jeder Hinsicht natürliche Geburt irgendeines Menschen als solche, auch nicht die natürliche Geburt Mariens, noch nicht Geburt der Kirche. Indes läßt sich das, was Gottfried im Grunde verteidigen will, aufrecht halten. Es geht ihm nämlich allein darum, durch seine neue These von einer mit der Geburt Mariens identischen Geburt der Kirche der traditionellen Meinung nicht zu nahe zutreten, die den Opfertod des Erlösers als ihre Geburtsstunde betrachtet. Beide Behauptungen sind aber miteinander vereinbar, insofern die Geburt der Kirche am Geburtstag Mariens nur die vorwegnehmende Zuwendung der Erlösungsfrucht bedeutet, die erst am Kreuze verdient und erworben wurde. Jedoch sei bemerkt, daß Gottfried selbst diese Möglichkeit nicht erwogen hat.

Hiermit hängt eine zweite Schwierigkeit zusammen, die unser Viktoriner gleichfalls von sich aus zur Erörterung stellt. Wie kann Maria denn, so fragt er, das erste Glied der Kirche sein, wenn bereits vor ihr andere Menschen zu ihrer Gemeinschaft gehörten ? Die Antwort, die Gottfried gibt, befriedigt nicht vollauf. Sie sucht den Ausweg darin, daß zwar die anderen Menschen vorher zu der später kommenden Kirche in Glaube und Vorherbestimmung gehörten, aber keiner so wie Maria die Kirche begonnen und begründet habe. Er legt also, und das mit Recht, den Nachdruck nicht auf die zeitliche Priorität, sondern auf den Vorrang in der Wertordnung. Nur das eine möchten wir gerne erfahren, worin dieser positiv besteht. Vielleicht denkt Gottfried hier vor allem an die göttliche Mutterschaft Mariens, die ja auch sonst bei ihm als letzter Grund für die Einzigartigkeit ihrer Stellung in der Kirche angesehen wird. Anderes mag ergänzend hinzukommen.

Theologisch wertvoll, wenn auch zunächst nur im Bereich des sprachlichen Ausdrucks, sind die Unterscheidungen, die Gottfried

immer wieder anzubringen weiß. Sie seien hier in der Reihenfolge der Predigt kurz hervorgehoben: *Prima mater gratiae — secundae matres gratiae; prima mater tam dignitate quam tempore; triplex generatio, aeterna, temporalis beatae Virginis, temporalis multarum matrum; duo genera matrum, natura et gratia, culpa et venia; Maria et Christus caput Ecclesiae, tempore — auctoritate, principio — principaliter, materialiter — causaliter; duplex nativitas, una carnalis in vitam, alia spiritualis in sanctam vitam; beata Virgo significavit Ecclesiam re et nomine et nativitatis suae tempore; Maria et Ecclesia, utraque virgo, incorrupta, sine macula et ruga, sponsa regis, mater; Maria Ecclesiam significavit nominis interpretatione, quia utraque maris via, vera stella, quae hominem ad portum aeternae salutis dirigit; nativitatis suae tempore Maria Ecclesiam significavit, tempore autumnali — in autumno saeculi, sole signum virginis occupante — sole iustitiae habitaculum in Virgine praeparante; Ecclesia dispersa loco, collecta voto; triplex virgo, singularis (Maria), generalis (Ecclesia), specialis (fidelis anima); prima historice, singularis, una uni, secunda allegorice, universalis, universa uni, tertia tropologice, particularis, una uni.*

Die großen Vorzüge und die kleinen Mängel der Darstellung Gottfrieds werden wir noch besser verstehen, wenn wir sie dogmengeschichtlich einzuordnen suchen. Das soll nun im letzten Kapitel geschehen.

III. — Dogmengeschichtliche Einordnung

Alles, was wir von der Mariologie und Ekklesiologie der Frühscholastik heute wissen, läßt deutlich genug erkennen, daß die Parallele Maria-Kirche zwar nicht im Mittelpunkt ihres theologischen Denkens stand, wohl aber weitgehend Beachtung und praktische Anwendung erfuhr [21]. Schon wegen der lebendigen Verbindung mit dem Schrifttum eines hl. Ambrosius und eines hl. Augustinus konnte es gar nicht anders sein. Gottfried empfängt also auch von der Einstellung

21. Außer den schon oft genannten Arbeiten von Barré und Riedlinger wären einzusehen: J. Beumer, *Die marianische Deutung des Hohen Liedes in der Frühscholastik*, in *Zeitschr. kath. Theol.* 76 (1954) 411-439; H. Coathalem, *Le parallélisme entre la sainte Vierge et l'Église dans la tradition latine jusqu'à la fin du XII^e siècle* (*Analecta Gregoriana* 74, sect. B 27), Rom 1954; F. L. B. Cunningham, *The Relationship between Mary and the Church in Medieval Thought*, in *Marian Studies* 9 (Paterson, New Jersey, 1958) 52-78; A. Piolanti, *Maria et Ecclesia. Quaedam inter utramque relationes a scriptoribus marianis saec. XII illustratae*, in *Euntes docete* 4 (1951) 324-338; L. Riudor, *Maria mediadora y madre del Cristo místico en los escritores eclesiásticos de la primera midad del siglo XII*, in *Estudios eclesiást.* 25 (1951) 181-218.

seiner Zeit, und seine Ausführungen zu der Parallele Maria-Kirche sind dadurch irgendwie vorbereitet, mindestens im allgemeinen und entfernt. Schwieriger wird es hingegen sein, für ihn eine direkte Abhängigkeit von einem Theologen der Frühscholastik nachzuweisen.

Wir wenden uns zunächst an die Schule der Viktoriner, weil von dort her am ehesten ein stärkerer Einfluß zu erwarten ist. Aber die Quellen, die das bezeugen, fließen recht spärlich. Hugo von St. Viktor selber, der anerkannte Meister, bringt die Parallele Maria-Kirche nur einmal, dann allerdings ausführlich und in ansprechender Form. Seine Worte lauten :

> Tota pulchra es, amica mea. O admirabilis amator ! O singularis doctor ! Quid dicis ? Ipsa est genitrix tua amica tua. Et quomodo amica tua ! Num genitricem ipsam credimus tuam amicam ? aut quomodo ? Certe amica est tua et genitrix tua. Amica tua quod intacta, genitrix tua quod fecunda. Tu siquidem integritatis filius et fecunditatis amicus, matrem habes virginem et amicam prole laetantem.
>
> Prius te genuit amica tua, mater et virgo Maria ; postea de te genita est amica tua, mater et virgo Ecclesia. In carnem veniens factus es filius sponsae tuae matris et virginis corpore ; in carne moriens factus es genitor sponsae tuae virginis fide. Nascendo de sponsa tua accepisti substantiam infirmitatis ; moriendo, sponsae tuae dedisti sacramenta incorruptionis.
>
> Utrobique dilector mirabilis, utrobique amator singularis : sponsam dilexisti, ut in ea nascereris, et sponsam tuam dilexisti, ut pro ea moreris. Et una est sponsa tua, una est columba tua, perfecta tua ; una est matri suae, una electa genitrici suae. Voca ergo sponsam tuam, invita amicam tuam. Voca formosus pulchram, speciosus decoram, dilectus unicam [22].

So sehr der Text auch gefallen mag, er wird unbestreitbar von den Ausführungen Gottfrieds übertroffen. Und Hugo äußert sich in dieser Weise nur ein einziges Mal, was bei der großen Anzahl seiner Schriften nicht ohne Bedeutung ist [23]. Auch die übrigen Viktoriner zeigen eine gewisse Zurückhaltung gegenüber dem in Frage stehenden Thema. Richard von St. Viktor z. B. bringt die Parallele Maria-Kirche überhaupt nicht [24], und Garin von St. Viktor, der bei Barré mit einigen

22. *De assumptione B. Mariae* (PL 177, 1211). Die Interpunktion nach Barré (a. a. O. 68).

23. Man könnte nur noch hinzufügen, daß sich das *Mariale* von Saint-Évroult auf den *Hugo magister* beruft. Siehe Barré, a. a. O. 106 und die dazu gehörende Anm. 436 (S. 140).

24. In der ihm zugechriebenen *Explicatio in Cant. cant.* ist sachlich wohl die Analogie Maria-Kirche die Voraussetzung, aber sie wird nicht formuliert ausgesprochen, und der Nachdruck liegt ohne Zweifel darauf, daß Maria die Kirche überrage. Vgl. folgenden Text : « Haec beata est illud signum magnum in coelo, mulier amicta sole... Est autem luna sub pedibus eius, id est Ecclesia triumphans, quia inferior est » (*ibid.* 39 ; PL 196, 517).

Zitaten vertreten ist, kann der chronologischen Reinhenfolge wegen kein Vorläufer unseres Gottfried sein [25].

Häufiger wird das Verhältnis Maria-Kirche von den Theologen des Cistercienserordens behandelt. Wir nennen hier als Exponenten Isaak von Stella und Serlo von Savigny, besonders auch deshalb, weil beide selbst im sprachlichen Ausdruck einige Anklänge an Gottfried aufzuweisen haben. Ersterer soll mit folgendem bezeichnenden Text zu Wort kommen :

> Unus enim totus ac solus Christus, caput et corpus ; unus autem is unius Dei in caelis et unius matris in terra, et multi filii et unus filius. Sicut namque caput et membra, unus et plures filii, sic Maria et Ecclesia una mater et plures, una virgo et plures. Utraque mater, utraque virgo ; utraque de eodem Spiritu sine libidine concipit, utraque Deo Patri sine peccato prolem fundit. Illa absque omni peccato corpori caput peperit, ista in omnium peccatorum remissione capiti corpus edidit. Utraque Christi mater, sed neutra sine altera totum parit. Unde in Scripturis divinitus inspiratis, quod de Virgine matre Ecclesia universaliter, hoc de Virgine matre Maria singulariter ; et quod de virgine matre Maria specialiter, id de virgine matre Ecclesia generaliter iure intelligitur ; et cum de alterutra sermo texitur, fere permixtim et indifferenter de utraque sententia intelligitur. Unaquaeque etiam fidelis anima, Verbi Dei sponsa, Christi mater, filia et soror, virgo et fecunda suapte ratione intelligitur. Dicitur ergo universaliter pro Ecclesia, et specialiter pro Maria, singulariter quoque pro fideli anima, ab ipsa Dei Sapientia, quod Patris est Verbum [26].

Bei Serlo von Savigny offenbart sich die Übereinstimmung noch mehr in Einzelheiten. Eine Stelle aus seiner Predigt zum Feste Mariä Himmelfahrt soll das belegen :

> Per ipsam Christus Dei filius venit ad nos, assumpta humanitate redemit nos, resurrectione et ascensione sua vivificavit nos et ad coelestia sublimavit ; et hodierna die beatam Virginem matrem suam de saeculo nequam assumens, post se super choros angelorum exaltavit. Unde nobis firmam et indubitabilem fiduciam ascendendi praebet, si vitam eius et mores voluerimus imitari. Non est enim personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Dominum et operatur iustitiam, acceptus est illi. Quemadmodum assumpta est igitur beata Maria, iure post eam assumenda creditur Ecclesia. Ipsa est enim et caput et principale membrum Ecclesiae et spes prima post Deum. Itaque sicut Christus in Mariam descendens habitavit in ea corporaliter, sic quotidie sanctam Ecclesiam visitans habitat in ea spiritualiter. Est enim Ecclesia mater eius, verbi praedicatione ipsum generando ; est amica, secretorum eius conscia existendo ; est soror, hereditatem cum eo participando... Veni ergo de Libano. Ter dicit veni, quia

25. Barré gibt für den wenig bekannten Autor an : Ende des 12. Jahrhunderts (a. a. O. 86).

P 162^{b} dicendum quod falsum est ; immo corrumpitur et alia gratia ‖ secundum numerum isti datur quam esset in alio.

Ad aliud quod obicitur de isto textu 'auferam de spiritu tuo' etc., signatur quod datur spiritus, sive gratia ista, ad illos actus ad quos erat in Moyse. Ideo dicitur 'de spiritu tuo', sed quia non ita complete erat in illis sicut in Moyse, ideo dicitur 'auferam de spiritu tuo' ; et ita debet intelligi, quia gratia non auferebatur a Moyse, neque minuebatur. Et sic intelligendum est illud.

Ad illud quod obicitur de corporali lumine, quod transmutat subiectum, dicitur a quibusdam quod falsum est ; immo illud lumen est accidens in aëre, et perimitur et novum generatur. Et ideo nullum est argumentum. — Aliter dicitur quod, esto quod transmutet locum, non tamen lumen spirituale, quia lumen corporale comparatur ad recipiens et comparatur

---

34 nobilior] nobilius *RV* 36 bene] tantum *B* 37-38 et quantum... primum *om. V* 39 in esse substantiae *inv. P* 42 quod] quia *R* 43 et substantia *om. V* respiciunt] respicit *V* gratia autem *om. BP* 47 fit] sit *BV* 49 primum] secundum *P* oportet] valet *V* 50 ipsa] anima *P* 51 vita] et anima *add. P* 53 qui] quae *B* ; quod *P* ; quia *V* 54 de gratia... comparatio *om. BP* 56 de *om. BP* quod gratia *inv. BP* quod^{2}] quae *R* 57 corrumpitur *om. B* 60 ad quos] in quibus *BP* 61 dicitur] auferam *add. BV* tuo *om. P* 61-62 tuo... tuo *om. V* 61 non *om. B* 62 auferam *om. P* tuo] etc. *R* 63 quia] quod *B* gratia *om. R* auferebatur] auferebat *R* a Moyse] Moysi *P* 67 perimitur] permittatur *B* ; permutatur *PV*

ad influens, et essentialiorem habet comparationem ad influens. Similiter lumen spirituale habet hanc duplicem comparationem. Et in hoc est similitudo, quia, sicut non manet corporale nisi per continuam influentiam, sic neque spirituale. Sed in hoc est dissimilitudo, quia influens corporale mutat locum, sicut sol vel candela, et ex consequenti lumen egrediens. Sed non sic spirituale influens ; immo ubique est et immobiliter ; ideo non potest sic moveri, sed cum deserit esse in hoc subiecto, tunc deserit esse gratia, neque mutat subiectum, neque locum. Et sic patet illud. — Neque tamen dico quod lumen corporale mutet locum, sed si mutet, hoc est per accidens, scilicet ratione influentis.

Si autem quaeratur in quo genere sit, potest dici quod in prima specie qualitatis, et habet rationem habitus ; sed non est habitus ut habitus, sed habitus ut actus, quia quantum ad actum suum, qui est gratificare, semper est in actu. Semper enim animam facit gratam, quamdiu est in ea.

[Articulus 2. Utrum ponat aliquid in gratificato].

[**III**] Habito quod ‖ sit accidens, quaeritur cuius. Hoc est quaerere utrum ponat aliquid in gratificato. *B* 286[d]

Et videtur quod non, quia [1] acceptatio non ponit aliquid in accepto, sed in accipiente ; ‖ sicut patet, quia iste est acceptus illi, cras non erit illi acceptus, et tamen iste nihil eorum quae sunt in ipso perdidit. Similiter laus non ponit in laudato, sed potius in laudante, sicut cum laudo Caesarem. Si ergo hunc esse gratum illi idem est quod esse acceptum, ergo videtur quod gratia non ponat aliquid in gratificato. *V* 115[d]

[2]. Item, iste dat eleemosynam pro Deo sub debitis circumstantiis. Alius facit idem opus sub eisdem circumstantiis. Possibile est quod una harum operationum grata est Deo, alia non. Sed non est ex parte operationis, quia omnia bona, quae habet una, habet alia. Ergo est ex parte Dei solum. Ergo gratia non ponit aliquid in eo qui dicitur esse gratus.

[3]. Item, si gratia est in gratificato, cum nihil sit potentius gratia nisi solus Deus, ergo non potest corrumpi vel expelli ab isto nisi a solo Deo. Ergo peccatum non potest isti auferre gratiam. Deus etiam non aufert, quia dona Dei data sunt irredibilia [10]. Ergo videtur quod aliquis semel habens gratiam Dei nunquam possit amittere illam. Hoc autem est falsum. Ergo gratia non ponit aliquid in gratificato.

---

10. Aristoteles, *Topic.* IV, c. 4 (ed. Didot, t. I, p. 213, l. 8-9).

---

72 continuam] continentiam *P* 75 influens *om. P* est *om. B* et *om. P* immobiliter] mutabiliter *V* 76 *et* 77 deserit] desinit *BP* 77 mutat] mutatur *V* 78 *et* 79 mutet] mutat *BP* 81 sed] magis *add. BP* 82 gratificare] signare *(?) B* 83 ea] anima *V*

3 gratificato] significato *P* 7 laudato] laudante *BP* ; laude *V* potius *om. V* laudante] laudato *BPV* sicut... caesarem *om. BPV* 8 hunc *om. B* esse[2] *om. V* 10 pro *om. P* 11 alius... circumstantiis *om. P* 12 grata] gratifica *R* 13 una] illa *B* ; *om. V* 15 gratificato] gratuito *P* 16 potest *om. P* 18 dona] danti *P* ; bona *B* data sunt] sunt dona *P* semel] simul *V*

Contra. Id quod est medium uniendi aliqua propter insufficientiam alterius extremi, quod est insufficiens et indispositum, debet esse in illo quod est indispositum de se ; sed haec est anima gratificata. Ergo gratia ponit aliquid in ipsa anima.

Similiter potest argui ratione motoris. Gratia enim non est motor propter insufficientiam primi motoris, sed propter indeterminationem eius quod movetur, cui inest liberum arbitrium quod se habet ad hoc et ad illud. Ergo, etc.

Item, gratia est accidens, ut supra ostensum est ; sed nullum accidens est in Deo. Ergo oportet quod sit in alio. Hoc autem non est nisi gratificatum. Ergo aliquid ponit in isto.

Respondeo dicendum quod gratia ponit aliquid in gratificato, secundum quod gratia dicitur gratum faciens ipsi Deo. Et causa huius est quia,
P 162c sicut supra ostensum est, ex puris ‖ naturalibus non est aliquis Deo gratus. Ergo oportet aliquod donum superaddi. Hoc autem existente, Deus acceptat hominem et opera eius ; isto recedente, Deus, qui iudicat secundum veritatem, iam hominem non acceptat. Oportet ergo donum aliquod esse in homine ad hoc quod sit Deo gratus ; et illud donum,
B 287a quia ‖ excellens est, oportet esse a Deo. Et quamdiu est in homine, non potest non esse ei gratus.

[1]. Per hoc patet responsio de laude et acceptatione humana. Quia ego laudo hominem propter bonum quod credo esse in eo, similiter accepto non propter aliquod bonum quod ego posuerim in eo ; et iterum frequenter displicet mihi factum suum, quia opinio in me et voluntas mutabilis est, nulla facta mutatione in ipso. Non potest autem sic dici in Deo, ut praeostensum est.

[2]. Ad id quod obicitur de duobus operibus, dicendum est quod opus est operans et opus operatum. Opus operatum non est Deo gratum nisi ratione operis operantis. Quia ergo opus operans unius est gratia informatum et a gratia, alterius a libero arbitrio tantum, inde est quod placet unum, non autem sic alterum. Et sic patet quod differentia est ibi non autem solum a parte accipientis, sed etiam accepti.

R$_{\text{a}}$ 107b [3]. Ad illud ‖ ultimum quod obicitur de gratia, dicunt quidam quod gratia aufertur a Deo, quia non est in ipso homine nisi per continuam

---

22 et indispositum] etiam dispositum *B* ; depositum *V* 23 indispositum] dispositum *P* ; indepositum *V* gratificata] gratificando *B* ; gratificanda *P* 27-28 cui... illud *om. BPV* 30 nisi *om. B* 30-31 gratificatum] in gratificato R^2 34 aliquis] aliquid *V* 35 existente] exigente *B* 36 opera *om. B* isto] immo *V* 38 in homine *om. RV* 39 oportet] debet *P* 42 ego] ergo *B* ; ergo non *R* 42-43 credo... quod *om. R* 43 non *om. V* iterum] ideo *P* 44-45 quia... est] quia in me voluntas est universalis *P* 44 in me] ita *B* 44-45 mutabilis] mobilis *R* 45 nulla] in illa tamen *V* 48 opus operatum opus *om. V* 49 ratione] operatione *P* 50 et] ideo *V* a gratia] alius *B* alterius] ulterius *B* 51 non[1] *om. P* alterum] reliquum *P* quod] illud *B* ibi *om. P* 52 autem *om. BP* accipientis... accepti] accepti sed etiam a parte accipientis *P* 54 homine *om. PV* nisi] in se *P* continuam] continentiam *P*

influentiam ; et ideo, cum iste per peccatum deturpat, seclaudit sibi lumen, quia interponit nubem, et ideo Deus non influit. Non ergo aufert Deus quod prius dedit, sed auferre dicitur quia non continuat ; et oportet quod statim deficiat, sicut patet in lumine corporali. — Aliter dicitur quod gratia est in libero arbitrio et, quia flexibile est ad opposita, est in illo mutabiliter. Quamvis ergo peccatum non sit aeque potens ut gratia, quia tamen liberum arbitrium non habebat gratiam nisi volens, cum liberum arbitrium inclinatur ad peccatum, expellit a se gratiam ; quamvis enim ista sit potentior, non tamen potest in liberum arbitrium, nisi in quantum ipsum vult. Unde deperditio gratiae venit ex mutabilitate eius in quo est. Et sic patet illud.

[Articulus 3. Utrum insit animae ratione essentiae vel ratione potentiarum].

[IV] Tertio, supposito quod gratia sit in anima, quaeritur qualiter sit in ipsa, utrum ratione essentiae vel potentiae.

Quod ratione essentiae, videtur, quia gratia, quantum ad actum qui est gratificare, semper est in suo actu, quamdiu est in homine. Sed nulla potentia est semper in suo actu. Ergo gratia non consequitur potentiam, sed essentiam. — Si autem dicatur quod potentia intellectiva semper est in suo actu, hoc nihil est, quia ad hoc quod intellectus sit in actu, oportet quod sit actu agens et possibilis. Possibilis autem non semper est in actu. Ergo, etc.

Item, actus primus gratiae est vivificare. Sed vita respicit substantiam eius quod vivificatur. Ergo gratia primo respicit ipsam animae essentiam.

Item, ‖ potentia non dicitur esse completa et perfecta, nisi cum habilitas *B* 287ᵇ tanta est ut possit de facili producere actum. Sed ita non est in parvulis. Ergo non habent potentias perfectas. Sed possibile est quod gratia sit in eis et tanta quae disponit sufficienter ad gloriam. Ergo gratia ista, cum sit in eis perfectio, et non potentiarum, ut ostensum est, ergo est perfectio essentiae ipsius animae.

Contra. [1] Gratia est perfectio ipsius animae in quantum imago Dei. Sed anima est imago Dei non quantum ad unitatem essentiae solum, sed quantum ad trinitatem potentiarum. Ergo gratia, ut videtur, aeque perficit potentias animae ut essentiam ; inest ergo animae ratione potentiarum.

56-57 aufert deus] aufertur *P* 57 quia] quod *add. BP* 61 tamen] cum *B* gratiam *om. V* 62 a se] animae *P* 63 ista] illa *P* ; ita *V* potest *om. P* 64 ipsum *om. R* mutabilitate] unitate *B* ; mutatione *P* quo] quantum *V*

7 actu] intellectu *B* 10 actu] actus *P* possibilis] potentia *R* 14-15 habilitas tanta] habilitate *BPV* 16-17 ergo... in eis *om. P* 17 tanta] creata *V* 18 perfectio] perfecta *B* potentiarum] potentia *P* 19 perfectio] perfecta *B* ; ipsius *add. V* ipsius animae *om. R* 20 ipsius *om. PV* animae *om. P* 21 sed... dei *om. V*

[2]. Item, medium inter subiectum et habitum est ipsa potentia. Si enim mediante habitu operatur anima et non operatur se ipsa, sed per
V 116ᵃ potentiam, necesse est ergo quod inter habitum et ‖ essentiam intercidat potentia media. Sed gratia est habitus, sicut supra habitum est, quia aliud accidens non potest esse. Ergo inest animae ratione potentiae.

[3]. Item, si inest animae ratione essentiae, sed essentia potest intelligi
P 162ᵈ praeter potentias ; ‖ ergo, non intellectis potentiis, possibile est intelligere animam gratificatam, ergo et gloriosam, quia gloriae respondet gratia. Ergo posset intelligi anima gloriosa, ita quod non intelligeretur videre Deum. Ergo nec diligere, quod falsum est manifeste ; ergo et illud ex quo sequitur. Ergo, etc.

[4]. Item, supposito quod gratia habeat aliquem respectum ad potentias, quaeritur ad quam primo.

Et videtur quod ad cognitivam, quia gratia est lumen ; sed cognitione est illuminare. Ergo etc.

Contra. Videtur quod ad effectivam, quia gratiae est movere, sicut dicit Augustinus [11] quod ita se habet ad liberum arbitrium, sicut sessor ad equum. Ergo principaliter in motiva.

Item, gratia opponitur peccato. Sed peccatum est principaliter in motiva. Ergo gratia per prius et principaliter respicit motivam.

Responsio. Ad horum intelligentiam est notandum quod, quemadmodum anima est vita corporis, ita quod totius corporis et nullius partis determinate, tamen non est perfectio nisi corporis organici, et necessario in vivificando habet respectum ad organa. Sic suo modo gratia vivificat ipsam animam. In ipsa autem anima sunt potentiae per modum organorum. Secundum igitur dictum modum gratia vivificat ipsam animam ita quod non concernit aliquam potentiam determinate, sed est primo in essentia ipsa, per comparationem tamen ad potentias. Concedo ergo rationes ostendentes quod gratia primo respicit ipsam substantiam animae quam vivificat.

B 287ᶜ [1]. ‖ Ad illud quod obicitur quod etiam respicit potentiam, bene concedo quod respicit essentiam prout est sub potentia, quia hoc modo est

11. *Hypognosticon* (inter op. Augustini), l. 3, c. 11, n. 20 (PL 45, 1632) ; cf. Augustinus, *Sermo* 30 (alias, de verbis Apostoli sermo 12), c. 8, n. 10 (PL 38, 192).

28 potentia media] medium a potentia *P* 32 animam] essentiam *P* gloriosam] gloriam *P* 33 non *om. B* 34 deum *om. V* ergo *om. P* diligere] intelligere *V* 38 cognitivam] cognitionem *B* 39 illuminare] illuminari *BP* 40 movere] motor *P* sicut] sed *B* 44 respicit *om. P* 45 horum] praedictorum *P* 46 corporis[1] *om. B* 47 organici] organizati *P* necessario] necessarium *V* 48 vivificando] movendo *R* respectum *om. P* modo] anima et *add. P* gratia *om. V* 50 animam] tamen *add. P* 51 aliquam] illam *BR* 56 respicit] potentiam bene concedo quod respicit *add. B* ; *add. et eras. R*

imago. Sed quod non respiciat essentiam nisi mediante potentia, ita quod primo sit in potentia, non est concedendum, et illud non concludit ratio illa, sed solum quod habet respectum ad potentias, non tamen sequitur propter hoc quod primo.

[2]. Ad illud quod obicitur de habitu, quod est in substantia mediante potentia, dicendum est quod habitus est duobus modis. Est habitus qui immediate ordinat ad ipsam operationem, et iste dicitur habitus ut habitus ; et quia operatio est a substantia mediante potentia, talis habitus primo dicitur esse in potentia, cuiusmodi sunt virtutes. Et est habitus ut actus, qui semper est in suo actu, et ideo non potest talis inesse mediante potentia ; et talis habitus est gratia, quae est perfectio semper et continue vivificans et gratificans ipsam animam, quamdiu est in ipsa ; et talis habitus non debet esse in potentia primo, sed in essentia quam vivificat. Et sic patet responsio ad illud, quod verum est de habitu secundum primum modum, quod est primo in potentia.

[3]. Ad ultimum patet responsio, quia primo gratia est in ipsa anima ; sed tamen habet respectum ad ipsas potentias, sicut dictum est de anima, quod habet respectum ex consequenti ad organa et illo respectu privato non est intelligere animam gratam, sicut non est intelligere quod anima sit perfectio corporis non organici. Et ideo patet quod illud non valet. — Potest autem dici aliter, quod anima potest intelligi praeter potentias, sed tamen numquam intelligitur bene esse praeter potentias et quia, si intelligitur gratificata, intelligitur bene esse. Ideo, quamvis gratia primo respiciat essentiam animae, tamen non potest intelligi anima gratificata, quin habeat potentias, similiter nec glorificata.

[4]. Ad illud quod quaeritur, quam potentiam primo respiciat gratia, dicendum est quod primo gratia, secundum quod potentias respicit, habet respectum ad liberum arbitrium, quia illa est potentia primo gratificabilis ; secundum hanc enim attenditur meritum, et praeterea dicit Augustinus[12] quod, cum de libero arbitrio loquimur, non de parte sed de tota anima loquimur. Et ita non est potentia ita habens immediatum respectum ad gratiam ut liberum arbitrium. Quia vero liberum arbitrium initialiter est in cognitiva et completive in motiva, sic gratia, secundum quod refertur ad potentias, per prius comparatur ad cognitivam initialiter, sed ad motivam completive. Et sic patent rationes factae circa hoc.

12. *Hypognosticon* (inter op. Augustini), l. 3, c. 5, n. 7 (PL 45, 1624).

57 imago] homo *V* non *om. V* 58 concedendum] verum *V* 61 in *om. P* 62 est[2]] enim *add. V* 63 ipsam *om. BP* iste] ita *R* 64 et quia] item *V* 65 primo dicitur esse] videtur esse primo *P* 66 inesse] esse *PV* 69 primo] prima *P* 70-71 est... potentia] ergo in potentia primo *V* 73 ipsas *om. BPV* 75 animam... intelligere *om. R* 83-84 secundum... primo *om. P* 86 Augustinus] in libro de quinque (?) responsionibus *add. in marg. R* 87 loquimur *om. V* 88 quia... arbitrium *om. P* quia vero] quare non *B* ; quia ergo *V*

[Articulus 4. Utrum sit una vel plures].

B 287d [V] Quarto, quaeritur utrum gratia gratum faciens sit una vel ‖ plures.

Quod plures, videtur, quia, [1] sicut scientia se habet ad scibilia, ita gratia ad operabilia, eo quod mediante gratia movetur liberum arbitrium
P 163a ad bonum opus. Sed non est una scientia ‖ omnium scibilium. Ergo nec una gratia omnium operabilium.

[2]. Item, plures sunt gratiae gratis datae, sicut patet 1 Cor. XII [13] : « Divisiones gratiarum sunt », etc. Ergo videtur similiter quod multiplicetur gratia faciens gratum ; aut si non, quaeritur unde sit.

Contra hoc est quod actus gratiae gratum facientis primus est gratificare. Si ergo una est anima, quae gratificatur, et unus est Deus, cui grata efficitur, ergo una gratia.

Item, sicut supra habitum est, gratia respicit animae essentiam. Sed illa est una. Ergo, etc.

Item, per modum loquendi scripturae : « Iustificati per gratiam », dicitur Rom. III [14].

Respondeo dicendum quod gratia gratum faciens est una in uno gratificabili ; et causa huius est quia principaliter comparatur ad ipsam substantiam animae, quam vivificat, et quia animae essentia est una, et ideo gratia dicitur esse una.

[1]. Ad illud quod primo obicitur, quod non est una scientia omnium scibilium nec est una gratia gratis data, respondendum est quod habitus qui est in anima, quidam est qui comparatur ad ipsam animae essentiam immediate, neque ad ipsam operationem exteriorem, nisi mediate ; quidam est qui habet respectum ad exteriora, sive ad operationem ex ipso eliciendam. Primo modo habitus dicitur gratia, quia habet respectum ad ipsam animae essentiam, quam vivificat, nec comparatur ad opera
V 116b exteriora ‖ elicienda, nisi mediantibus virtutibus ; et quia virtutes sunt ad diversos actus, ideo multae sunt. Gratia autem gratum faciens manet una. Habitus autem qui comparationem habet ad res exteriores est ipsa scientia, quae in nobis est ; quae, quia causatur a rebus, ideo multiplicatur

13. *I Cor.* 12, 4.
14. *Rom.* 3, 24.

3 quod plures *om.* *P* quia] enim quod *P* 5 opus *om.* *V* sed] si *V* 5-6 ergo... operabilium *om.* *V* 6 gratia] respectu *add.* *BP* 7 sunt *om.* *V* 8 similiter *om.* *V* 9 sit] hoc *add.* *V* 13-14 item... ergo etc. *om.* *P* 13 animae *om.* *B* 15 gratiam] scripturam *B* 16 dicitur *om.* *R* iij] vj *B* ; v *PRV* 19 essentia *om.* *V* 22 nec] etiam *add.* *B* 24 neque... exteriorem] non ad operationem essentiae *P* nisi] neque *B* 25 qui habet] quibus *P* sive] sicut *V* 26 ipso] ipsa *P* eliciendam] eligendam *B* ; illicitam *V* habitus... gratia] gratia dicitur habitus *B* ; gratia dicitur esse habitus *P* quia] qui *BV* 27 nec] nisi *V* comparatur] operatur *P* 29 diversos actus] diversas *P* 31 in nobis] unibilis *V* quae[2]] quidem *add.* *P*

secundum multiplicationem rerum, quemadmodum dicit Philosophus [15] quod scientiae secantur in res. Ideo Deus potest una scientia cognoscere omnia, quia in eo non causatur a rebus. Habitus autem qui de se respectum habet ad operationem ex ipso eliciendam est habitus gratiae gratis datae et etiam habitus virtutis. Et ideo isti habitus multiplicantur; non sic gratia gratum faciens.

[2]. Et per hoc patent obiecta, quia non ‖ est simile de scientia et gratia gratis data. Gratia enim gratum faciens respicit illum qui gratificatur et cui gratus efficitur. Scientia respicit scibilia. Sed gratia gratis data respicit operationes diversas et utilitates, ad quas datur. Et sic patet illud. B^{1}_{2}288[a]

[Quaestio 3. Quid sit definitione].

[VI] Habito quid sit gratia genere, quaeritur quid sit definitione. Et notandum quod plures dantur notificationes de gratia.

Super illud 1 Cor. XII [16]: «Unicuique datur manifestatio spiritus», definitur gratia sic: gratia est manifestatio spiritus ad utilitatem.

Similiter super illud psalmi [17]: «Ut exhilaret faciem in oleo», definitur: gratia est quidam nitor animae, qui est ad conciliandum sanctum amorem [18].

Item, gratia est similitudo gloriae; et accipitur illa definitio ex hoc quod gratia dicitur imago ‖ recreationis. *R* 107[c]

Item, Magister [19] aliter definit sic: gratia est primus et perfectus actus animae rationalis in esse secundo.

Item, alio modo sic [20]: gratia est forma a Deo gratis data, sine meritis, gratum faciens habentem et opus eius bonum reddens.

Cum igitur unius una sit definitio, quaeritur qualiter distinguantur et penes quid accipiantur.

---

15. Aristoteles, *De anima*, l. III, c. 8 (ed. Didot, III, p. 470, l. 41).
16. *I Cor.* 12, 7.
17. *Ps.* 103, 15.
18. *Glossa ordin.*, in h. l. ap. Lyran. Cf. Augustinus, *Enarr. in Psalm.* 103, 15, *Sermo* 3, n. 13 (PL 37, 1369).
19. Non videtur esse Petri Lombardi. Cf. *Prolegomena ad Summam Hales.*, p. CCXII[b] et *Summa Hales.* III, n. 606, II, resp.; n. 610, arg. 2.
20. Cf. Alexander Halensis, *Glossa in II Sent.*, dist. 26 (Quaracchi, t. II, p. 243); Philippus Cancellarius, *Summa de bono, Vat. lat. 7669*, f. 49[b].

---

33 secantur] sequuntur *BPR* in] ut *R*; *om. P* potest *om. B* 35 ex ipso] ad ipsam *P* 36 isti] iste *B* multiplicantur] multiplicatur *B* 39-40 gratificatur] glorificatur *V* 40 cui] cuius *B*; quod *V* respicit] recipit *V* 41 data *om. B* utilitates] virtutes *BV*

5 spiritus] sicut *P* 6 similiter *om. P* definitur *om. BV* 7 est quidam] quidem est *V* 8 gloriae] gre *(?) eras. et corr. in* dei R^{2} 9 dicitur] esse *add. B*; est *P* recreationis] recreationum *P* 10 magister... definit] magistraliter definitur *P*; aliter magistraliter definitur *V* 13 habentem] meritum *V* 14 sit] est *R*; *om. P*

Respondeo dicendum quod gratia comparationem habet ad efficiens, habet comparationem ad finem, habet comparationem ad materiam in qua (quia non habet materiam ex qua), habet comparationem ad actum qui elicitur mediante ipsa. — Per comparationem ad efficiens, sumitur prima et ista : gratia est manifestatio spiritus, quia Spiritus Sanctus efficit in nobis gratiam, loquendo per appropriationem. — Per comparationem ad finem definitur secundo et tertio modo, sed differenter. Est enim finis intra et est finis extra, sive finis immediatus et finis ultimus. Secunda data est in comparatione ad finem intra, tertia in comparatione ad finem extra. — Per comparationem ad materiam datur illa : gratia est primus et perfectus animae actus, etc. Primus actus dicitur per comparationem ad virtutes, quae sunt habitus per modum habitus ; gratia autem per modum actus, sicut supra tactum est, quia semper et
P 163ᵇ continue gratum facit, et dicitur primus respectu ‖ virtutum. Additur etiam 'perfectus' ad differentiam gratiae gratis datae. Additur 'in esse secundo' ad differentiam perfectionis substantialis. — Per comparationem ad actum accipitur illa : gratia est forma a Deo gratis data, sine meritis, etc., gratum faciens habentem. Et accipitur secundum convenientiam ad definitionem virtutis datam a Philosopho. Posset tamen aliter dici quod ista comprehendit efficiens et finem et materiam, et super hoc
B 288ᵇ addit ‖ respectum ad actum.

[Quaestio 4. Utrum sit movens vel tantum disponens].

[VII] Habito quod gratia sit et quid sit genere et definitione, quaeritur de ea utrum sit movens vel disponens solum ; et si movens, utrum possit dici quod moveat violenter.

[Articulus 1. Utrum moveat].

Circa primum sic : [1] forma, quae est forma et motor, non solum est forma, sed et substantia et hoc aliquid, quia substantiae est movere et agere. Sed gratia non est substantia et hoc aliquid. Ergo non est eius movere.

---

17 ad materiam *om. V* 18 habet²] etiam *add. BV* 19-21 per comparationem... appropriationem *om. B* 19-20 sumitur prima *om. PV* 20 et ista] est est illa *P* 22 sed *om. P* 22-23 est enim] quia *P* 23 est *om. PV* 24-25 intra tertia in comparatione ad finem *om. R* 24 in comparatione] per comparationem *P* 25 datur illa *om. V* 26 est] igitur *add. P* animae *om. BP* 27 habitus² *om. V* 29 gratum] gratis *V* virtutum *om. P* 30 gratis *om. P* 33 faciens] facientis *B* 34 aliter *om. BPV* 35 et¹ *om. BPV* finem et materiam] naturam et finem *B* ; materiam et finem *P*

3 quod gratia sit et quid sit] quid sit gratia *P* sit²] in *add. V* 4 sit *om. V* et *om. P* 7 forma¹ *om. B* quae est forma *om. V* 8 et¹] etiam *BV* et² *om. P* 8-9 quia substantiae... hoc aliquid *om. P*

[2]. Item, medium quod est inter primum movens et ultimum motum, si est propter insufficientiam motoris, est motor. Si autem propter indigentiam a parte mobilis, est dispositio illius et non motor, eo quod primum sufficienter moveat. Sed gratia est media inter Deum et liberum arbitrium propter insufficientiam liberi arbitrii. Ergo est sicut disponens solum et non sicut movens.

Contra, Magister dicit in distinctione sequenti, capitulo *Cum ergo ex gratia* quod excitatur liberum arbitrium [21]; et Bernardus [22] similiter dicit et Augustinus [23] super illud [24]: « Ut iumentum factus sum », quod, sicut se habet sessor ad equum, ita gratia ad liberum arbitrium. Sed iste movet et excitat equum. Ergo gratia liberum arbitrium.

Respondeo dicendum quod gratia, quae est Deus qui dat gratiam, movet proprie loquendo. De gratia creata quidam dicunt quod improprie dicitur movere non quia ipsa non movet, sed Deus per ipsam. Appropriatur autem ipsi motus, quia Spiritus Sanctus, qui motor est, datur cum gratia vel in gratia, et ita unum per alterum ; et ideo, propter coniunctionem attribuitur ei ratio movendi. — Addunt tamen et alii quod gratiae attribuitur ratio movendi, quamvis sit accidens, non per naturam accidentis, sed talis accidentis. Est enim accidens quod habet influentiam supra potentiam motivam sicut supra liberum arbitrium ; et praeterea in comparatione ad illum a quo est talem habet naturam ut non possit subsistere neque salvari nisi per continuam influentiam eius a quo est, qui est summe sufficiens motor. Ideo gratia propter hanc specialem naturam, scilicet ratione eius in quo est de ratione eius a quo est, habet rationem movendi, quamvis alia accidentia non habeant rationem movendi. Verumtamen, non sequitur propter hoc quod sit substantia, quia forma substantialis movet illud quod per se sumptum ‖ est immobile. Unde est *V* 116c motor sub completa ratione motoris, sicut anima sensibilis movet corpus quod sibi relictum nequaquam moveri potest. Sed gratia movet ‖ illud *B* 288c quod non solum est mobile, sed habet in se rationem movendi, scilicet

21. P. Lombardus, *II Sent.*, d. 27, c. 7, n° 245.
22. Bernardus, *De gratia et libero arbitrio*, c. 14, n. 47 (PL 182, 1026).
23. Cf. *supra*, p. 316, nota 11.
24. *Ps.* 72, 23.

11 motum] est *add. V* 13 primum *om. V* 14 gratia] contra *B* media] medium *BPV* 15 insufficientiam] a parte *add. PV* 17 in distinctione *om. BR* 18 ex gratia quod] quod ex gratia *V* excitatur] excitat *B* Bernardus] hoc *P* 19 et *om. P* 20 liberum *om. R* 23 creata] autem *B* ; *om. P* 24 ipsa] ipsum *P* non *om. BR* 26 vel in gratia *om. P* per] propter *P* propter] per *BR* 26-27 coniunctionem] commotionem *B* 27 attribuitur] etiam debetur *P* addunt] adducunt *V* 28 attribuitur] debetur *BV* ; etiam debetur *P* 30 sicut] non *B* praeterea] ipsa *V* 31 a *om. V* 32 subsistere] sustinere *P* salvari] salvare *P* 34 ratione[1] *om. V* a] in *B* est[2] *om. BPV* 36 propter hoc *om. RV* 37 sumptum *om. P* 38 anima *om. P*

liberum arbitrium, sicut sessor movet equum, qui habet intra virtutem motivam. Et ideo patet quod non oportet quod sit substantia. Illud enim intelligitur de motore sub completa ratione motoris.

[2]. Ad aliud dicendum quod illud intelligitur de mobili quod quidem est mobile naturaliter ita quod non secundum voluntatem moveatur. Sed liberum arbitrium est motum ita quod non movetur nisi consentiens et volens. Unde simul commovet, iuxta illud [25] : « coadiutores Dei sumus ». Quia ergo est motum, oportet quod sit in illo gratia ut disponens ; quia vero commovet, oportet quod gratia sit in illo ut movens.

[Articulus 2. Utrum moveat violenter].

[**VIII**] Secundo, quaeritur utrum moveat violenter.

Et videtur quod sic, quia [1] liberum arbitrium potest esse ut inclinet ad malum ; gratia autem existens et perdonans inclinat ad bonum et vincit. Ergo videtur quod violenter moveatur liberum arbitrium ad bonum, cum de se movet ad oppositum.

[2]. Item, liberum arbitrium naturaliter non potest nisi in ea quae sunt sub ipso. Ergo de se inclinat ad id quod est infra. Ergo, cum per gratiam elevetur ad ea quae sunt supra ipsum, videtur quod, sicut dirigens lapidem sursum movet eum violenter, similiter gratia movens liberum
P 163c arbitrium sursum moveat ‖ violenter.

[3]. Item, auctoritate Ioannis VI [26] : « nemo venit ad me, nisi Pater traxerit eum ». Sed motus tractus est species motus violenti, sicut vult Philosophus [27]. Ergo, etc.

[4]. Item, Lucas XIV [28] : « Compelle intrare debiles et claudos » etc. Sed compulsio est motus violentus. Ergo, etc.

Contra : liberum arbitrium in omnibus est liberum a coactione. Ergo non potest aliquo modo compelli, ergo neque violenter moveri, quia ubi violentia in movendo, ibi coactio.

Item, si esset ibi violentia, ergo non esset meritum, quia, si malum demeritorium non est nisi voluntarium, ergo, pari ratione, nec bonum, etc.

---

25. *I Cor.* 3, 9.
26. *Io.* 6, 44.
27. Cf. Aristoteles, *Phys.*, l. VII, c. 2 (ed. Didot, II, 335).
28. *Luc.* 14, 23 et 21.

---

41 qui] quod *P* 43 completa] composita *B* 44 quod[2]] et *R* 47 simul] illis *V* commovet] cum movet *B* 48-49 sit in... oportet quod *om. P* 49 vero *om. BV* in *om. V* illo] gratia *add. V* 2 violenter] motum *V* 3 ut] quod *BP* 4 et perdonans *om. (cum hiatu) B* 5 violenter] motum *V* liberum arbitrium *om. P* 6 movet] moveret *BPV* 7 nisi *om. PV* 9 sicut *om. P* 10 violenter] quod *add. BPV* gratia] sicut *add. B* movens] commoveat *V* 15 intrare] virtute *B* 16 compulsio] completio *B* 17 liberum[2]] arbitrium *add. B* 19 ubi] est *add. P* 21 est] esset *B* nec *om. V*

Responsio. Ad hoc dicunt quidam quod duplex est violentia. Quaedam in qua nullo modo cooperatur passum, ut in iactu lapidis sursum, immo operatur ad contrarium : haec est violentia simpliciter. Alia est violentia in qua aliquid cooperatur passum, sicut dicitur de illo qui iactat merces in mare, quia non habet voluntatem hoc faciendi, sed compellitur a tempestate ; || sed tamen aliquid cooperatur passum, quia iactans volens *B* 288d salvari iactat, nec umquam iactaret nisi volens. Primam violentiam impossibile est cadere in liberum arbitrium, quia illa est coactionis, et ab hac liberum est. Secundam violentiam dicunt quod non est inconveniens cadere, quia non tollit rationem voluntatis, sed voluntatis absolutae. Sic gratia excitat et impellit illum qui vellet quiescere ad operandum bonum.

[1-2]. Et per hoc patet responsio ad utramque partem quod non valet quod obicitur. Primo, quia non inclinat liberum arbitrium ita ad malum, quin etiam possit inclinare ad bonum, cum est gratia informatum ; et ad hoc ordinatur, licet non possit per se sine adiutorio. Et ideo nihil est de lapide moto sursum, quia non ad hoc ordinatur. Illae autem auctoritates intelliguntur de coactione et tractione secundo modo, quia neminem trahit sursum simpliciter.

Alii dicunt aliter quod liberum arbitrium movetur || a gratia excitante *R* 107d et quodammodo stimulante, non primo genere violentiae, nec etiam secundo. Numquam enim gratia movet liberum arbitrium ad bonum ut producat actum bonum nisi consentiat. Consentire autem est in voluntate et libertate voluntatis [29]. Nullus enim potest facere consentire liberum arbitrium nisi velit. Et ideo motus gratiae, in quantum movet liberum arbitrium, non est dicendus violentus. Excitat tamen liberum arbitrium et quodam modo stimulat ut velit bonum et volens operetur, ut non operetur invite. Et ratione illius inductionis ad volendum quod prius

29. Cf. BERNARDUS, *De gratia et libero arbitrio*, c. 1, n. 2 circa finem (PL 182, 1003) : « Non enim est consensus, nisi voluntarius. Ubi ergo consensus, ibi voluntas. Porro ubi voluntas, ibi libertas ».

23 ut... lapidis] sicut cum lapis iacitur *B* ; sicut lapis iacitur *P* 24 alia] autem *add. V* 25 aliquid *om. PV* 26 mare] mari *P* quia] qui *V* 27 iactans] iactat *V* 28 iactat *om. BV* umquam] numquam *BPR* 30 ab hac] ob hanc *P* est[1]] secundum *add. V* 31 sed voluntatis *om. V* 32 sic] sicut *P* excitat] incitat *B* 33 bonum *om. V* 34 quod non] non enim *P* 35 primo *om. P* quia] dicendum quod *V* 39 coactione et tractione] actione et retractione *V* quia] quod *V* 40 trahit sursum] trahit in vitium *B* ; traxit invitum *P* ; trahit invitus *V* simpliciter] similiter *V* 42 genere] modo *V* 43 numquam *om. P* 44 consentire] consensus *P* 44-45 voluntate et *om. BPV* 45 facere *om. B* 46 in quantum] si umquam *R* 47 non est... arbitrium *om. P* dicendus *om. V* violentus] motus *B* tamen] gratia *add. B* 48 non ut *inv. BP* 48-49 ut non operetur *om. V*

non volebat, vel illius stimulationis videtur esse quasi quaedam violentia ; non tamen est. Unde Bernardus, *De gratia et libero arbitrio* [30] : « Nemo salvatur invitus » ; et iterum [31] : « Deus nullum iudicat de salute dignum, nisi quem probaverit voluntarium. Unde hoc intendit cum terret aut percutit, ut nos faciat voluntarios ». Et dicit insuper [32] quod non aufertur voluntas, sed transfertur. Patet ergo quod voluntas liberi arbitrii semper requiritur, quae, quamvis mutetur, non est ibi violentia.

Ex hiis patet responsio ad illud quod dicitur quod movet ad contrarium : verum est ad contrarium eius quod movebat prius, sed in mutata voluntate
B 289[a] movet ad idem liberum arbitrium ‖ et gratia. Et ideo non est ibi violentia.

[3-4]. Ad auctoritates illas respondendum quod Deus dicitur trahere adiuvando et dicitur compellere stimulando et inducendo, sicut dicit Bernardus [33].

Et per hoc patet responsio ad omnia.

[Membrum II. De gratia in speciali].

[**IX**] Habito de gratia in generali, quaeritur de gratia in speciali secundum differentias eius.

Et primo, quaeritur, cum ponantur diversae divisiones gratiae, qualiter distinguantur.

Secundo, quaeritur de illa divisione gratiae, quam ponit Magister in littera [34], in gratiam operantem et cooperantem.

[Quaestio 1. De multiplici divisione gratiae].

P 163[d]
V 116[d] ‖ Circa primum, sic. [1] Bernardus, *De gratia et libero arbitrio* [35], dividit gratiam per tres differentias in gratiam cognitionis, voluntatis et perfectionis, dicens quod « Deus haec tria in nobis operatur : cogitare, velle et

30. Bernardus, *De gratia et libero arbitrio*, c. 11, n. 36 (PL 182, 1020).
31. *Loc. cit.*
32. *Loc. cit.*
33. Cf. Bernardus, *op. cit.*, c. 12, n. 40 (PL 182, 1022).
34. P. Lombardus, *II Sent.*, d. 26, c. 1, n° 228 ; d. 27, c. 1, n° 239.
35. Bernardus, *De gratia et libero arbitrio*, c. 14, n. 46 (PL 182, 1026).

50 violentia] vitiosa *V* 52 salvatur] salvabitur *P* Deus *om. BP* de salute] salvare *P* 53 probaverit] probavit *BRV* hoc] non *add. V* cum] dum *BR* aut] et *BP* ; vel *V* 54 insuper *om. B* 56 quae *om. P* mutetur] non mutetur *B* ; inmutetur *P* ; sed inmatetur *et in marg.* non cogatur *R* 57 ad illud *om. BP* quod] quia *R* 58 eius] ad *add. BP* in mutata] immutata *(?) B* 61 inducendo] includendo *B* 63 omnia] quaesita *add. V*

3 eius *om. V* 7 in littera *om. B* 11 deus *om. P* cogitare] cognoscere *BV*

perficere. Primum sine nobis, secundum nobiscum, tertium per nos facit ».

[2]. Magister [36] autem dividit per duas differentias, scilicet in gratiam operantem et cooperantem, sive, quod idem est, in praevenientem et subsequentem. Et accipit hanc divisionem ab Augustino [37].

[3] Item, de illo textu Isaiae XXXI [38] : « Proteget Dominus Hierusalem », accipitur divisio gratiae, quae est : gratia protectionis, liberationis, transitionis et salvationis.

[4]. Item, ex textu Rom. VIII [39] : « Quos praedestinavit », accipitur divisio gratiae per quattuor differentias ; quod est : gratia praedestinationis, vocationis, iustificationis et magnificationis.

Est igitur quaestio, qualiter accipiantur istae divisiones et quomodo distinguantur.

Responsio. Dicendum est quod gratia gratum faciens, sicut supra ostendum est, una est. Divisiones ergo istae non accipiuntur secundum essentiam gratiae, sed in comparatione ad effectus quos habet gratia efficere in quibus habet considerari per comparationem ad potentiam et ad actum et ad obiectum. Possunt ergo huiusmodi differentiae accipi a parte accepti et gratificati solum, aut a parte accepti et accipientis. — Si primo modo, scilicet per comparationem ad potentiam, sic est illa Bernardi, quia est potentia cognitiva et potentia motiva ; motiva duplex, scilicet interior et exterior ; et secundum has tres potentias accipiuntur istae differentiae : cogitationis, voluntatis et perfectionis. Per comparationem ad habitum et actum accipitur illa Augustini : praeveniens et subsequens, operans et cooperans ; scilicet quia operans dicitur in quantum iustificat et est habitus infusus, cooperans in eliciendo actum. Per comparationem ad obiectum accipitur illa Isaiae, quia aut in quantum liberat a malo, aut in quantum promovet ad bonum ; et promovere ad ‖ bonum *B* 289[b] est multipliciter secundum statum incipientis, proficientis et perfecti.

36. P. Lombardus, *loc. cit.*

37. Augustinus, *De gratia et libero arbitrio*, c. 17, n. 33 (PL 44, 901).

38. *Is.* 31, 5 : « Proteget Dominus... protegens et liberans, transiens et salvans ».

39. *Rom.* 8, 30.

12 sine] fuit *B* 14 per] in *P* differentias] gratias *RV* 15-16 subsequentem et praevenientem *inv. RV* 18 gratiae *om. P* 21-22 praedestinationis *om. B* 22 vocationis] voluntatis *P* 26 non *om. V* 27 gratia *om. P* 28 considerari] considerare *P* per comparationem ad *om. P* 28-29 per comparationem... differentiae *om. V* 29 accipi] percipi *V* 30 gratificati] gratificare *P* 31 scilicet] aut *BP* ; *om. V* 32 potentia[2] *om. RV* motiva[2] *om. V* 34 cogitationis] cognitionis *PV* 35 et actum *om. V* 36 scilicet *om. BPV* 37 infusus] infusans *B* in eliciendo] inclinando *V* 39 promovet] pronior *B* et promovere ad bonum *om. R* promovere] permanere *B*

Quantum ad primum dicitur gratia liberationis, quantum ad sequentia dicuntur alia tria. Per comparationem autem ad accipientem et acceptatum accipitur illa de VIII Rom., quia gratia praedestinationis accipitur a parte accipientis, reliquae differentiae a parte acceptati secundum triplicem statum ; quia gratia vocationis dicitur respectu incipientium, iustificationis respectu proficientium, magnitudinis respectu perfectorum.
R 108ª Et sic patet quare sunt ‖ plura membra in una divisione quam in alia, per comparationem ad diversa et secundum diversos respectus.

[Quaestio 2. De divisione in gratiam praevenientem et subsequentem sive operantem et cooperantem].

[X] Secundo, quaeritur de illa divisione quam ponit Magister in gratiam praevenientem et subsequentem, sive operantem et cooperantem.

Et primo, quaeritur de differentia membrorum.

Secundo, de ratione nominationum.

Tertio, de effectu gratiae operantis, qui est iustificatio.

[Articulus 1. De differentia membrorum inter se].

Circa primum sic. [1] Gratia operans est illa quae iustificat. Sed illa gratia non est otiosa. Ergo eadem gratia est cooperans.

[2]. Item, eadem est lux quae tenebram expellit et illuminat aërem et operatur in illo. Sed gratia est sicut lux. Ergo eadem est gratia quae expellit peccata et postea cooperatur in bono.

[3]. Item, operans dicitur in quantum facit voluntatem bonam ; cooperans in quantum datur ad resistendum malo, sive in quantum resistitur per eam. Sed minima caritas potest resistere cuilibet tentationi ; ergo et minima gratia ; ergo omnis gratia operans est et cooperans, sive praeveniens et subsequens. Hoc idem dicit Magister in littera.

Contra : [a] Omnis divisio est per opposita. Sed oppositorum unum non est alterum. Ergo gratia operans non est cooperans, nec e contrario.

[b]. Item, super illud psalmi [40] : « Dominus illuminatio mea » etc. Glossa [41] : « Illuminatio contra tenebras ignorantiae, salus contra infirmi-

40. *Ps.* 26, 1.

41. *Glossa interlin.*, in h. l. (ap. Lyran.).

41 dicitur] datur *BV* 42 dicuntur] dantur *B* 44 a parte² *om. V* 45 quia *om. P* gratia vocationis] coactionis gratia *V* 46 magnitudinis] gratificationis *P* 47 quare] quod *P*

3 in gratiam *om. R* 12 sicut *om. P* gratia²] lux *V* 13 peccata] peccatum *BP* bono] bonum *P* 15 resistendum] restringendum *P* in² *om. PR* 17 ergo² *om. R* omnis *om. B* 19 contra *om. V* oppositorum] oppositum *P* 21 psalmi *om. PV*

tatem, ut possit resistere tentationi ». Ex hac auctoritate videtur quod alia sit gratia data ad illuminandum, alia ad ‖ resistendum tentationi. *P* 164ª
Ergo, etc.

[c]. Item, Exod. XXXIII [42] : « Si inveni gratiam », etc. Glossa [43] : « Non sufficit una gratia sanctis ». Est enim una gratia quae praecedit ut Deum cognoscant et diligant, et alia sequitur ut se mundos custodiant ». Ergo alia praeveniens et subsequens.

[d]. Item illud idem dicit Gregorius [44] super Iob XXIV et Isaiam I [45] : « Vulnus et livor ». Richardus [46] super illud verbum dicit quod alia sunt dona gratiae, alia naturae : haec a gratia ‖ praeveniente, illa a subsequente. *B* 289ᶜ
Praeveniens est quantum ad dona naturae, subsequens quantum ad dona gratiae. Si igitur alia sunt dona naturae, alia gratiae, ergo alia est gratia praeveniens et alia subsequens.

Responsio. Ad praedictorum intelligentiam est notandum quod gratia accipitur diversimode et sic diversas habet differentias. Praeveniens et subsequens, quae sunt eius differentiae condividentes, diversimode accipiuntur.

Uno modo accipitur gratia valde communiter ad dona naturae et gratiae contracte secundum quod naturalia dicuntur gratiae, quia gratis data sunt. Et sic dividitur gratia in praevenientem et subsequentem a Richardo : dicitur praeveniens quantum ad dona naturae, subsequens autem quantum ad dona gratiae.

Secundo modo accipitur gratia minus communiter et secundum hoc comprehendit gratiam gratis datam naturalibus et gratiam gratum facientem. Et sic dividitur per praevenientem et subsequentem ; et dicitur praeveniens quae disponit, subsequens quae gratificat, secundum quod Augustinus, *De praedestinatione sanctorum* [47], dicit quod « Prius est cogitare quam credere » ; et Bernardus [48] dicit quod cogitatio ad bonum est gratia gratis data ad minus.

Tertio modo accipitur gratia adhuc minus communiter et sic compre-

---

42. *Ex.* 33, 13.
43. *Glossa ordin.*, in h. l. (ap. Lyran.).
44. Gregorius, *Moral.*, in cap. 1 B. Job, l. II, c. 56, n. 91 (PL 75, 598).
45. *Is.* 1, 6.
46. Richardus de Sancto Victore, *Annot. in Psalm.* 2, 2 (PL 196, 269 D).
47. Augustinus, *De praedestin. sanct.*, c. 2, n. 5 (PL 44, 962).
48. Cf. Bernardus, *De gratia et libero arbitrio*, c. 14, n. 46 (PL 182, 1026) : « Gratia immittendo bonam cogitationem nos praevenit ».

---

27 gratia² *om. P* 29 alia] illa *R* 30 item illud *om. V* XXIV] XXXIII *P* 32 a²] gratia *add. P* 33 dona²] bonum *R* 38 quae sunt eius] sunt enim *P* condividentes] considerantes *P* 40 valde communiter *om. P* 41 secundum quod] quare *P* 42-43 data sunt... Richardo *om. B* 43 a Richardo *om. V* 43-44 naturae... ad dona *om. B* 45 minus *om. V* 46 datam] superadditam *add. P* 46-47 naturalibus... facientem *om. BV* 50 credere] et Augustinus *add. P* 52 accipitur] dicitur *V* adhuc *om. V* sic] adhuc *add. V*

hendit gloriam et gratiam proprie dictam ; et sic gratia praeveniens dicitur gratia gratum faciens, subsequens dicitur gloria ; et sic dividit Augusti-
V 117ᵃ nus ‖ in libro *De natura et gratia* [49] : « Gratia praevenit ut pie vivamus, subsequitur ut cum illo semper vivamus ; nunc praevenit ut vocemur, tunc subsequitur ut glorificemur ».

Quarto modo accipitur gratia proprie et stricte ad gratiam gratum facientem ; et sic divisio in praevenientem et subsequentem est per
R 108ᵇ comparationem ad diversos actus aut per comparationem ad ‖ obiecta aut ad subiecta. Ad obiecta, scilicet ad bonum et ad malum ; tunc dupliciter accipiuntur : uno modo dicitur praeveniens qua liberamur a peccato, subsequens qua sumus boni, quae ordinat ad bonum ; et sic Augustinus *De natura et gratia* [50] : « Praevenit ut sanemur, subsequitur ut sanati vegetemur ». Alio modo per comparationem ad obiecta dicitur praeveniens qua operamur bonum, subsequens qua resistamus malo. Augustinus, *De natura et gratia* [51] : « Gratia praevenit ut velit bonum, subsequitur ut compleat si persistat, scilicet resistendo tentationi ». Tertio modo dicitur praeveniens qua boni sumus, subsequens qua bonum operamur [52]. Et sic
B 289ᵈ Augustinus, *De natura et gratia* [53] : ‖ « Praevenit voluntatem ut velit, subsequitur ne frustra velit ». Prima et secunda acceptio attenditur quantum ad obiecta quae sunt bonum et malum, tertia respicit subiectum quod prius fit bonum quam faciat bonum, contrario modo virtuti consuetudinali.

[1-3]. Hiis visis, patet responsio, quod dictae differentiae secundum primam acceptionem gratiae et secundam differunt essentialiter ; secundum tertiam differunt sicut gratia et gloria, secundum quartam acceptionem, secundum quam accipit Magister et Augustinus, quae multiplicatur in tres, differunt solum quoad rationem.

[a-d]. Et sic intelligendae sunt auctoritates, si quae inveniantur, quae dicant aliam esse gratiam praevenientem et subsequentem, secundum quod sunt differentiae gratiae gratum facientis, quod est ibi diversitas quoad rationem, sive in comparatione ad actus, non per essentiam.

---

49. Augustinus, *De natura et gratia*, c. 31, n. 35 (PL 44, 264).
50. Augustinus, *loc. cit.*
51. Non invenimus.
52. Axioma quoddam. Cf. A. M. Landgraf, *Dogmengeschichte der Frühscholastik*, t. I, 1, p. 120.
53. Augustinus, *Enchiridion*, c. 32, n. 9 (PL 40, 248).

---

53 gratiam] gloriam *P* 54 faciens] facientem *P* ; et *add. V* 56 subsequitur... vivamus *om. P* ut[3]] et *add. V* 57 subsequitur] subsequetur *P* 58 quarto] tertio *P* 63 ordinat] coadiuvat *B* 68 persistat] resistat *R* 71 acceptio *om. V* 73 quod] quo *P* fit] sit *BV* ; *om. P* faciat] facit *P* 75 differentiae] gratiae *add. P* 76 et secundam *om. P* 79 differunt *om. R* 82 ibi *om. R*

[Articulus 2. De nominatione eorum].

[XI] Deinde quaeritur de ratione nominationum et quaeritur quare gratia dicitur praeveniens. Aut enim per ‖ comparationem ad actum, *P* 164ᵇ aut per comparationem ab subiectum, aut per comparationem ad causam. — Si per comparationem ad actum, sic omnis forma posset dici praeveniens, quia omnis forma prius est quam actum eliciat. Si per comparationem ad subiectum, hoc nihil est, quia nulla forma praecedit subiectum. Nec per comparationem ad causam. Ergo nullo modo potest dici praeveniens.

Item, praeveniens est aliquid praeveniens. Ergo, cum idem non sit prius et posterius eodem, si dicitur gratia praeveniens, quia praevenit voluntatem, non ergo potest dici subsequens, etc.

Item, Augustinus dicit et breviter in littera [54] habetur quod gratia praeveniens dicitur quia praevenit voluntatem ut velit, subsequens ne frustra velit.

Contra hoc est : [1] iste voluit bonum per gratiam praevenientem et meruit. Constat ergo quod, cum nullum bonum irremuneratum ⟨sit⟩, et necessarium sit istum meruisse, ergo impossibile est frustra voluisse. Quid est ergo quod dicit : ne frustra velit ?

[2]. Item, Bernardus [55] dicit quod, cum triplex sit gratia, cogitationis, perfectionis et voluntatis, solum gratia voluntatis est meritoria. Ergo gratia praeveniens, quae facit voluntatem bonam, est meritoria ; non ergo frustra voluit.

Responsio. Ad praedicta notandum quod gratia dicitur praeveniens propter rationem movendi quam habet. Cum enim gratia moveat ad bonum et liberum arbitrium moveat, gratia prius movet et ideo dicitur praeveniens per comparationem ad motum liberi arbitrii. Et sic cessat primo quaesitum. Vel aliter : ‖ liberum arbitrium movet ad bonum *B* 290ᵃ gratuitum, sive meritorium ; sed impossibile est quod eliciat actum meritorium nisi prius sit gratificatum ; nec etiam gratum elicit nisi cum gratia cooperante libero arbitrio. Dicitur ergo praeveniens ipsa gratia in quantum gratificat, et subsequens in quantum communicatur libero arbitrio ; et sic secundum diversam rationem dicitur praeveniens et subsequens.

---

54. P. Lombardus, *II Sent.*, d. 27, c. 1, nº 239. Cf. *supra*, p. 328, nota 52.
55. Bernardus, *De gratia et libero arbitrio*, c. 14, n. 46 (PL 182, 1026).

---

7 nulla] sic omnis *V* 10 praeveniens² *om. P* 11-12 si dicitur... subsequens] ergo *V* 12 voluntatem *om. R* 12-14 non ergo... voluntatem *om. P* 13 breviter *om. BPV* habetur quod *om. R* 14 dicitur *om. RV* 17 quod *om. BR* cum *om. V* bonum *om. V* 20 Bernardus *om. P* Bernardus dicit quod *eras. R* 21 voluntatis et perfectionis *inv. BP* 21-22 ergo gratia... meritoria *om. B* 25 movendi] merendi *V* 26-27 movet et ideo dicitur praeveniens *om. R* 28 movet *om. B* 30 nec etiam gratum *om. R* nisi] enim *R* 31 cooperante] operante *V* praeveniens *om. BR* 32-33 communicatur libero arbitrio] concomitatur liberum arbitrium *B*

[1-2]. Ad illud quod obicitur quod prima voluntas fuit meritoria, respondetur dupliciter : uno modo sic frustra potest dici quod non habet aliquam utilitatem ; alio modo per privationem finis optimi et ultimi. Et hoc modo ultimo intelligit Augustinus : quamvis enim vellet bonum meritorie, tamen numquam consequeretur, nisi perseveraret bene operando.

Alio modo dicitur quod voluntas liberi arbitrii comparatur ad gratiam praevenientem in quantum materialis et susceptiva per modum consentientis ; et sic proprie non meretur. Comparatur etiam ad cooperantem, sive subsequentem, ut agens et movens pariter cum illa ; et quantum ad hunc modum meretur, primo modo non. Bernardus autem accipit gratiam voluntatis communiter ad praevenientem gratiam et subsequentem.

[Articulus 3. De effectu gratiae operantis, qui dicitur iustificatio].

[**XII**] Tertio, quaeritur de effectu gratiae operantis, qui dicitur iustificatio.

Et est quaestio utrum iste effectus sit gratiae secundum se et immediate, vel mediante virtute aliqua.

Quod mediante, dicit Apostolus Rom. V [56] : « Iustificati per fidem ». Ergo per fidem est quod iustificatio sit ab ipsa gratia.

Item, Habacuc II [57] : « Iustus meus ex fide vivit ». Ergo vita animae est per fidem. Sed vita animae est iustificatio. Ergo iustificatio est a fide.

Item, Augustinus ad Bonifacium [58] et habetur hoc capitulo *Itaque bona voluntas* : « Fides impetrat iustificationem ». Ergo videtur quod mediante fide fiat iustificatio.

Contra. [1] Prius est esse quam moveri. Ergo si gratia dat esse, quantum est inesse gratuito, virtus dat motivum et operationem. Ergo naturaliter
V 117[b] prius ‖ est iustificari a gratia, quam sit virtus. Ergo non est iustificatio mediante virtute.

---

56. *Rom.* 5, 1.

57. *Habac.* 2, 4.

58. P. Lombardus, *II Sent.*, d. 26, c. 2, n° 231 ; Augustinus, *Epist.* 186 *Ad Paulinum*, c. 3, n. 10 (PL 33, 819).

36-37 non habet aliquam] nullam *P* 39 meritorie] meritorium *B* perseveraret] in isto *add. BP* 42 susceptiva] et *add. PV* 42-43 consentientis] consuetudinis *P*.

7 mediante] virtute *add. V* 8 ergo] videtur quod *add. P* ; videtur ergo quod *V* est] videtur *B* ; sit *P* est quod *om. V* 9 item *om. R* 12 et habetur hoc *om. P* 13 iustificationem *om. R* 15-18 Contra... virtute *om. B* 15 esse[2]] inesse *P* quantum] cum *V* 16 est inesse *om. V* dat *om. V* motivum et] motum vel *V* motivum et operationem] moveri et operari *P* 16-17 naturaliter... sit] potest gratia quam aliqua virtus *V* 17 iustificari] moveri *R* 18 virtute] fide *V*

[2]. Item, quaeritur quare motus fidei, sive fides, est magis medium in iustificando quam alia virtus. Et videtur magis quod caritas, quia, sicut dicit Petrus in prima canonica, capite IV° [59] : « Caritas operit multitudinem peccatorum », et est nobilior inter caeteras virtutes. Ergo magis debet ei attribui actus iustificationis quam alicui virtuti.

[3]. Item, si dicas quod fides exigitur quia ad iustificationem impii concurrunt ‖ quattuor, scilicet gratiae infusio, motus liberi arbitrii, ‖ contritio et peccatorum remissio, et iste motus liberi arbitrii dicitur esse motus fidei, quaero quare magis fidei quam virtutis alterius ; et videtur quod possit esse spei. Esto enim quod ille moveatur motu spei informis et in hoc motu infundatur ei gratia, gratia adveniens non aufert ei illum motum, quia non repugnat ei. Ergo potest adhuc moveri motu illo. Ergo in iustificatione impii primus motus potest esse spei ; non ergo oportet quod fidei. *P* 164c *B* 290b

[4]. Item, ad infusionem luminis statim sequitur expulsio tenebrae in eodem instanti. Ergo similiter ad gratiae infusionem statim sequitur expulsio peccati. Ergo peccatorum remissio. Non ergo possunt illa duo intercidere.

[5]. Item, anima simplex est ; ergo non movetur simul diversis affectionibus, neque diversis cogitationibus, sed successive. Ergo non potest in eodem instanti moveri motu fidei et conteri, sive moveri motu contritionis. Ergo non in eodem instanti est gratiae infusio ‖ et peccati expulsio, quia aliter esset simul gratia cum peccato. Ergo impossibile quod ista duo media intercidant. *R* 108c

[6]. Item, quid est in hoc quod dicit quod fides impetrat iustificationem ? Aut enim intelligitur de informi, aut de formata. Si de informi, hoc nihil est, quia illa nihil meretur. Si de formata, hoc iterum nihil est, quia non est ponere quod habeat fidem formatam, quin sit gratificatus et iustificatus.

Respondeo dicendum quod iustificare, quod est actus gratiae operantis, sive praevenientis, dicitur esse per fidem operantem per dilectionem, sicut dicit Magister capitulo illo *Et si diligenter intendas* [60], non simpliciter sed prout iustificatio dicitur esse in impio adulto : fortassis in parvulo non est hoc verum. Ante enim est gratificatus et iustificatus, quam moveatur motu fidei, nisi intelligatur fortassis de fide parentum. In

59. *I Petr.* 4, 8.
60. P. Lombardus, *II Sent.*, d. 26, c. 3, n° 232.

20 iustificando] multiplicando *B* quia *om. P* 23 alicui virtuti] alicuius virtutis *V* 24 quia *om. B* 26 contritio] coniunctio *V* 30 adhuc] ad hoc *BV* 33 statim *om. V* 33-35 tenebrae... expulsio *om. B* 36 intercidere] intercedere *R* 37 non *om. V* simul *om. P* 38 neque *om. R* successive] sub (cum hiatu) *B* 39 conteri] contineri *V* sive moveri] grata sive *P* 40 non] si *BRV* 43 in *om. BPV* 50 intendas] attendas *RV* 51 fortassis] enim *add. BP* 52 ante enim] tamen *P* iustificatus] est ante *add. P*

adulto aut in impio, sicut dicunt magistri, necesse est quattuor concurrere ad hoc quod iustificetur, quae sunt gratiae infusio, motus liberi arbitrii, contritio et peccatorum remissio. Quod sic manifestum est, quia gratia datur ei qui disponit se. Oportet ergo quod disponat se impius ad gratiam. Hoc autem est per considerationem bonitatis Dei et offensae suae, cum
B 290c atteritur et proponit ulterius ‖ non peccare. Oportet ergo quod ad dispositionem immediatam concurrant cognitio, sive motus fidei, et attritio quaedam, et gratia adveniens quae informat motum illum fidei et attritionem illam et facit contritionem et peccata expellit. Et hoc totum in instanti ; et ita fides, sive motus fidei et contritionis praecedit perfectam iustificationem non tempore sed causalitate. Et sic intelligit Magister et Augustinus et Apostolus quod per fidem iustificatio fiat, scilicet impii adulti, per fidem, inquam, praecedentem pariter cum motu contritionis ipsam iustificationem non tempore, sed natura. Et sic intelligitur illud verbum.

[1]. Ad illud quod obicitur quod prius est esse quam moveri, respondeo dicendum quod gratia naturaliter prior est virtute ; tamen simul tempore gratia et virtus ; et quia simul, ideo gratia iustificationem in aliquo statu efficit mediante virtute, quamvis sit gratia natura sive causalitate prior.

[2]. Ad aliud quod quaeritur quare motus fidei magis exigitur quam alterius virtutis, responsio est quod ad contritionem necessaria est fidei cognitio et fides cum dilectione, ut fides sit sicut subiectum informatum dilectione, sicut dicit Magister. — Alia etiam ratio redditur quia homo innovatur : ideo oportet quod habeat motus novos et motus cognitionis fidei est prior naturaliter aliis. Et sic patet illud quod obicitur de caritate, quia motus fidei est cum caritate.

P 164d [3]. Ad illud quod obicitur de motu ‖ spei, quod potest esse primus, responsio est quod, quamvis motus iste non repugnet gratiae, non tamen consonat dispositioni quae est in introductione gratiae, quia oportet quod ipse sit in quadam attritione et sic cognoscat et recogitet quae offendit ; et hoc est ipsius fidei. Et sic patet illud.

[4]. Ad aliud dicendum quod, sicut tactum est, primus motus liberi arbitrii et contritio sunt media non tempore, sed natura, sive causalitate ; et sic non obstat illud quod obicitur de lumine. Praeterea, non est simile, sicut in praecedentibus dictum est saepe, quia ex parte gratiae recipiens

---

54 dicunt magistri] dicit magister *V* 55 quae] qui *R* 56 quod sic] quia sicut *P* quia] quod *P* 58 dei *om. B* 59 atteritur] avertitur *B* ; advertit *P* proponit] disponit *V* 60 cognitio] cogitatio *P* attritio] contritio *BV* 61 quae *om. BPV* illum *om. R* 61-62 attritionem] actionem *(?) PR* 63 contritionis] contritio *P* 65 fiat] fit *P* 66 contritionis] iustificationis *P* 67 iustificationem] contritionem *P* 69 quod obicitur *om. P* 75 subiectum] subtractum *V* 76 dilectione] dilectum *P* redditur] dicitur *R* 77 oportet] est opus *R* cognitionis] contritionis *B* 79 caritate] causalitate *P* 81 repugnet] repugnat *B* 83 attritione] actione *V* 83-84 recogitet quae offendit] cogitet quem ostendit *V* 85 dicendum *om. P* primus] prius *P* 86 sunt media] cum in ea *B* media] et *add. P*

est voluntarium et quodam modo disponens se in adulto loquendo. Et ideo concurrit ibi aliquid ex parte liberi arbitrii, ut motus fidei et contritio, secundum quod dicitur[61] : « Qui creavit te sine te non iustificat te sine te ».

[5]. Ad aliud ‖ quod obicitur, quod non potest in eodem tempore *B* 290[d] moveri motu fidei et contritionis, respondetur quod falsum est. A quibusdam enim dicitur quod anima simul potest moveri diversis motibus secundum diversas vires, ut scilicet cognoscat primo et ex cognitione afficiatur, remanente etiam motu ‖ cognitionis in cognitiva ; et sic non *V* 117[c] valet illud quod obicitur, quia, licet sit simplex per essentiam, habet tamen multas potentias. — Aliter tamen dicitur quod intellectus noster in simplici et imperceptibili tempore, sive in instanti, potest dirigere aciem super propositionem unam, et ita super subiectum et praedicatum. Similiter dicunt quod motus fidei est tamquam subiectum, contritionis tamquam praedicatum. Dum enim cogitat se offendisse Deum, et dolet et movetur motu fidei in consideratione Dei et motu contritionis in cognitione et dolore peccati. — Aliter potest dici et via faciliori quod iustificatio dicitur dupliciter : uno modo, idem quod gratificatio, sive mundatio a culpa ; alio modo dicitur iustificatio exercitatio in iustitia. Dico ergo quod, cum dicit Magister quod iustificatio est mediante fide cum dilectione, non intelligit de prima, sed de iustificatione secunda, quae est exercitatio in operibus iustitiae quae egrediuntur a libero arbitrio mediante fide operante per dilectionem. Et sic cessat obiectio de iustificatione prima quia poneretur esse gratiae secundum se ; aut si intelligitur de prima, intelligendum est in statu adulti, ut praedictum est.

[6]. Secundum hanc responsionem patet quomodo intelligitur illud verbum Augustini : « Fides impetrat iustificationem », id est exercitationem, sive iustitiam exercitam, quia sine fide impossibile est Deo placere. Omnia ergo iustitiae opera oportet fieri a fide operante per dilectionem. — Aliter respondent quidam quod Augustinus ad Bonifacium loquitur de iustificatione parvulorum, quam impetrat fides parentum. — Tertio modo dicitur quod Augustinus loquitur de fide informi, et haec impetrat iustificationem non ex debito vel condigno, sed ex congruo, cum peccator per illam fidem atteritur et dimittit peccatum et proponit amplius non peccare. Et sic patet illud.

Illud autem quod dicit Magister, quod gratia praeveniens est fides cum dilectione, ‖ improprie dictum est et per concomitantiam, sicut *B* 291[a] ostensum est supra, quod quattuor concurrunt ad impii iustificationem, vel etiam per causalitatem.

---

61. Augustinus, *Sermo* 169, c. 11, n. 13 (PL 38, 923).

---

90 concurrit] concurrunt *V* parte] gratiae et aliquid ex parte *add. B* 92 non *om. P* 99 aciem *om. B* 105 mundatio] ⟨a⟩versatio *(?) V* 106 dico *om. V* 107 quod[1] *om. V* iustificatio] iustitia *RV* 110 cessat] cessaret *BP* 113 responsionem] rationem *BP* patet *om. V* intelligitur *om. R* 115 exercitam] exercitatam *BP* 116 iustitiae] iustificanda *P* fieri *om. V* 118-119 iustificatione... loquitur de *om. P* 120 cum] tamen *V* peccator *om. P* 121 atteritur] avertitur *B* ; afficitur *P* 123 fides] fidei *P* 126 vel etiam] et *P*

[Membrum III. De gratia per comparationem ad virtutes].

[XIII] *Si vero quaeratur quomodo illa gratia*, etc. [62] Ad intelligentiam huius particulae distinctionis, quaeritur de gratia in comparatione ad virtutem.

Et primo, quaeritur utrum gratia et virtus differant per essentiam.

Secundo, utrum gratia habeat aliquam operationem praeter operationem virtutis.

[Quaestio 1. Utrum gratia et virtus sint idem per essentiam].

Circa primum sic. [1] Gratia est una per essentiam, virtutes multae per essentiam ; et hoc in eodem. Ergo aliud est gratia quam virtus, quia si essent idem per essentiam, numerato uno numeraretur et reliquum numero distinctionis essentiali, sicut homo iste ab homine alio. Virtus autem una ab alia essentialiter distinguitur. Ergo, etc.

[2]. Item, anima differt a sua potentia per essentiam. Ergo, cum similiter se habeat perfectio ad perfectionem, sicut perfectibile ad perfectibile, cum gratia sit perfectio animae secundum substantiam, virtus secundum potentias, ergo aliud est secundum essentiam gratia, aliud virtus.

P 165[a] [3]. Item, ‖ aliud est esse, aliud moveri. Si ergo gratia dat vitam et esse, et virtus dat motum, ergo aliud est gratia quam virtus.

Contra. [a] Definitio virtutis quam ponit Augustinus [63] est haec : « Virtus est bona qualitas mentis », etc. Ista definitio convenit virtuti et gratiae. Ergo sunt idem.

[b]. Item, Isidorus in *Libro differentiarum* [64] : « Gratia est divinae misericordiae donum per quod bonae voluntatis est exitus ». Haec autem est definitio virtutis. Ergo, etc.

Respondeo dicendum quod virtus duobus modis accipitur. Uno modo

---

62. P. Lombardus, *II Sent.*, d. 27, c. 2-3, n° 240.

63. Ex variis locis S. Augustini collecta : *De libero arbitrio*, l. II, c. 18 et 19 (PL 32, 1266 sq.) ; *Retract.*, c. 9, n. 6 (PL 32, 598) ; cf. P. Lombardus, *II Sent.* d. 26, p. 446, nota 1 editorum.

64. Isidorus, *In differ. de Trinit.*, l. II, c. 32 (PL 83, 282).

---

3 Si... illa] similiter quaeritur quomodo ipsa *P* 6 quaeritur *om. P* 12-13 et hoc... essentiam *om. V et transcr. lin. 16 post verbum* essentiam. *Hic, lin. 12, habet* sed eorum quae sunt 14 distinctionis] differens *V* essentiali *om. R* iste *om. V* 14-15 virtus autem] et virtus *P* 15 ergo *om. V* 16 essentiam] et hoc in eodem ergo alia est gratia quam virtus quia si essent idem per essentiam *add. V* 18 virtus] autem *add. V* 19 ergo] ad *add. P* aliud[2]] et *P* 20 gratia] substantia *V* 26 misericordiae] mentis *V* autem] eadem *BP*

prout virtus consuetudinalis informis vocatur virtus a Philosopho, et sic per essentiam differt a gratia. Alio modo prout dicitur virtus theologica ; et voco theologicam communiter ad virtutes quae sunt in finem et in ea quae sunt ad finem, prout sunt formatae et elicientes actus formatos. De hac virtute dicendum quod dupliciter possumus de ea loqui : in ea enim est aliquid materiale subtractum, sicut est habitus ; et est aliquid informans, sicut patet in fide. Unde, recedente formali, remanet aliquis habitus informis. Loquendo ergo de virtute ratione materialis, sic dico quod distinguitur a gratia per essentiam : manet enim habitus iste gratia recedente. Loquendo autem de virtute ratione formalis, secundum quod gratuita dicitur, sic dico quod est idem cum gratia per essentiam, differens secundum ‖ rationem, quia eadem gratia, quae vivificat et informat *B* 291ᵇ
animae ‖ essentiam, informat habitus istos ; et dicitur quod in prima *R* 108ᵈ
informatione habet rationem luminis, in secunda rationem radii, quia dirigit potentiam respectu actus determinati, neque hoc facit aliud secundum essentiam, sicut patet, quoniam eadem anima, quae est perfectiva corporis totius, est etiam vivificativa partium corporis. Similiter eadem gratia, quae est informativa animae, est informativa partium potentialium eius.

Ex hiis patet responsio ad obiecta. [1] Ad illud quod primo obicitur quod virtutes numerantur, gratia non, respondetur quod virtutes theologicae habent numerationem, et habent distinctionem, et habent connexionem, quia qui habet unam habet omnes. Numeratio illa et distinctio est ex parte habituum subtractorum ; sed ex parte formalis sive informantis venit connexio et colligatio, quia eadem gratia est, quae informat istos habitus.

[2]. Ad aliud quod obicitur, quod potentia differt per essentiam etc. respondetur dupliciter. Primo, quod illud non valet in perfectione quae attenditur quantum ad esse secundum ; eius est gratia et virtus. Secundo modo, quia habitus qui perficit et habilitat ipsam ‖ potentiam, alius *V* 117ᵈ
est per essentiam a gratia. Sed tamen una est vita animae et potentiarum, et unum et idem quod primo informat animae essentiam et informat consequenter omnes illos habitus qui sunt in potentiis radicatis in eadem substantia simplici ; et quia unum propter alterum vivificat, ideo unum tantum est secundum essentiam.

[3]. Similiter dicendum est ad sequens quod illud quod dat vitam in esse secundo dat et motum, alterum tamen secundum rationem.

[a]. Ad illud quod obicitur ad oppositum, dicendum est quod sub alia ratione convenit illa definitio virtuti et gratiae, quia gratia est qualitas

---

30 dicitur] est *P* 31 in¹] ad *V* in² *om. R* 33 loqui] quia *add. P* 33-34 ea enim *om. V* ; enim *om. P* 35 informans] formans *R* 41-42 in prima informatione] in prima formatione *R* ; informatione prima *V* 49 virtutes numerantur] virtus numeratur *BPV* 50 distinctionem] distinctum *B* ; diffinitionem *V* habent² *om. RV* 51-52 numeratio... subtractorum *om. P* 56 quod] quia *B* 57 eius] quem *V* ; quod cuiusmodi *P* 58 et... potentiam] ipsam potentiam et habilitat *inv. BPR* 61 consequenter] communiter *R* ; *om. BV*

quae est habitus, sed tamen per modum actus ; virtus autem per modum habitus, et etiam recte vivere. Rectitudo dicit comparationem ad opus ; similiter et uti, et hoc convenit virtuti immediate, gratiae autem convenit per virtutem.

[b]. Similiter, illa definitio Isidori aliter convenit gratiae et virtuti, quia ipsa virtus est immediate regulans exitum, gratia autem per virtutem, sicut dicunt qui volunt quod gratia et virtus ratione formalis sint idem per essentiam, differentes secundum rationem. — Sunt et alii qui dicunt [65]
B 291[c] quod gratia et virtus sunt differentes per essentiam ‖ et volunt hoc dicere quia dicunt quod gratia est causa virtutum, sicut videtur dicere Augustinus, *De spiritu et anima* [66], quod « per gratiam sanatur anima a laesione speccati, per sanitatem animae libertas, per libertatem iustitiae dilectio » et ita gratia est causa dilectionis, sive virtutis. Et dicunt quod, sicut anima comparatur ad suas potentias sicut totum potentiale, ita gratia ad virtutes, ut sit uniformitas perfectionis ad perfectibile. Et, licet distin-
P 165[b] guantur ‖ per essentiam, dicunt tamen quod non infunditur gratia sine virtutibus, quia, cum Deus respicit animam oculo misericordiae, quia non remittit partem culpae, sed totum, non solum gratificat ipsam substantiam animae per gratiam, sed etiam ipsas potentias per virtutes ; quamvis etiam simul infundantur, tamen virtutes non habent ita cito effectum suum in parvulo sicut gratia, et hoc est propter hoc quod potentiae non sunt natae dirigi statim in opus. Et concedunt rationes factas ad probandum quod differunt et respondent quod istae rationes diversimode conveniunt gratiae et virtuti, sicut tactum est.

[Quaestio 2. Utrum gratia habeat aliquam propriam operationem praeter operationem virtutis].

[**XIV**] Secundo, quaeritur utrum debeatur gratiae aliqua propria operatio praeter virtutes.

Et videtur quod non, quia, [1] sicut se habet anima ad potentias, ita gratia ad virtutes. Sed anima non operatur se ipsa, quia solus Deus se ipso operatur ; sed operatur anima mediante potentia. Ergo videtur similiter quod omnis operatio debita gratiae sit tantummodo mediante virtute.

[2]. Item, operatio est circa singularia et per comparationem ad agens et ad recipiens. Si ergo gratia per se habet indifferentiam et communitatem,

65. Cf. Philippus Cancellarius, *Summa de bono, Vat. lat. 7669*, f. 75[b-c].
66. Augustinus, *De spiritu et littera*, c. 30 (PL 44, 233).

68 actus] habitus *V* 69 et etiam] ut *B* 72 convenit] contingit *V* ; *om. P* 76-77 hoc dicere quia *om. P* 78 et anima *om. P* 80 causa dilectionis] condilectionis *B* 82-83 distinguantur] distinguuntur *R* 87 virtutes non habent] virtus non habet *R* 90 rationes] definitiones *BP*
3 propria *om. B* 6 quia] sicut *P* 10 ad *om. BP* 11 recipiens] patiens *P* per] secundum *BPV* habet] habeat *BRV*

prout autem consideratur in virtute, determinationem habet respectu alicuius effectus particularis. Videtur ergo quod gratiae per se nulla debeatur operatio, sed solum mediante virtute.

Contra. [a] Prius est vivificare totum quam per partes. Sed anima est totum, potentiae sunt partes potentiales. Ergo, cum gratia sit perfectio animae, virtus potentiae, naturaliter prius gratia vivificat animam, quam virtus potentiam. Ergo aliqua operatio debetur ei ante omnem virtutem.

[b]. Item, in parvulo est gratia nec habet operationem virtutum. Ergo, vel est frustra sine omni operatione, vel necesse est ponere quod aliqua operatio debeatur ei praeter omnem virtutem.

Respondeo dicendum quod gratia dupliciter potest considerari : aut in quantum ‖ est in libero arbitrio, vel in anima habente liberum arbitrium ; aut in quantum movet liberum arbitrium. Si consideretur primo modo, sic debetur ei actus, qui est gratificare sive vivificare ; et hoc per se, non mediante aliqua virtute. Si autem consideretur in quantum movet liberum arbitrium, sic dico quod omnis actus, qui elicitur a libero arbitrio moto per gratiam, elicitur mediante aliqua virtute. Habet ergo uno modo gratia propriam operationem, alio modo nonnisi per virtutem. *B* 291d

[1]. Ad illud quod obicitur, quod anima non agit se ipsa, respondendum est ad hoc quod duplex est operatio formae : una quam habet per modum efficientis, sicut anima movet ‖ corpus ; alia quam habet per modum informantis. Dico ergo quod operatio non debetur animae per modum efficientis, nisi mediante potentia ; sed tamen operatio quae debetur per modum informantis debetur ipsi animae immediate ; sicut anima vivificat corpus non per potentiam, sed per suam substantiam, cum sit forma substantialis et faciat cum corpore unum per essentiam, et talis est operatio quam attribuimus gratiae secundum se, scilicet quam habet per modum informantis. *R* 109a

[2]. Ad aliud dicendum quod gratia, prout est informans animam, est sicut singularis forma ; et sic debetur ei operatio, quae est vivificare, tamquam formae particulari. Si autem consideretur gratia in quantum movet cum libero arbitrio, hoc modo habet rationem indistinctionis et communitatis in movendo, quia non determinatur ad hunc effectum vel ad illum ; et secundum hunc modum bene concedo quod debetur ei operatio mediantibus particularibus habitibus virtutum quos informat.

[a-b] ‖ Rationes autem ad oppositum verum concludunt de ista operatione quam habet informando. Et sic patent omnia. *V* 118a

---

15 vivificare] uniri *B* ; vivificari *PV* 17 animae *om. P* 20 vel[1]] utrumque *V* 23 in[2] *om. R* 23-24 in libero... movet *om. B* liberum arbitrium] cum libero arbitrio *P* 24-25 primo modo] in quantum est in libero arbitrio sive in anima habente liberum arbitrium *P* 25-27 sic debetur... arbitrium *om. P* 25 sive vivificare *om. BR* 25-26 et hoc... consideretur *om. B* 27 liberum arbitrium] cum libero arbitrio *V* 29 gratia *om. V* 32-34 sicut... efficientis *om. P et habet* et hoc non debetur ei 33 animae *om. B* 34-35 nisi mediante... informantis *om. B* 34 tamen] alia *add. V* 35 animae] substantiae *BPV* 38 scilicet *om. P* 44 communitatis] causalitatis *B* 45 ei *om. B* 46 particularibus] partibus *V* ; *om. BP*

DISTINCTIO XXVII

[XV] *Hic videndum*, etc. Ad intelligentiam huius partis incidit quaestio, quid sit virtus.

Secundo, propter illud quod dicit Magister, utrum sit una vel plures.

[Quaestio 1. Quid sit virtus].

Quaeritur igitur de primo, cum diversae dentur definitiones virtutis, qualiter accipiantur, et quomodo distinguantur.

De hac definitione, quam ponit Magister, multipliciter opponitur sic.

[1]. Primo, de hoc quod dicit 'bona qualitas'. Si enim virtus est bona, aut ergo bonitate quae est ipsa, aut bonitate quae non est ipsa. Si bonitate quae non est ipsa, similiter quaeritur de illa et sic erit procedere
P 165c in infinitum. ‖ Qua ratione ergo statur alicubi ; standum est in primo. Si autem est bona bonitate quae est ipsa, ergo bonitas essentialiter praedicatur de virtute. Hoc autem falsum, quia solus Deus est bonus essentialiter et bonus se ipso.

B 292a Item, nihil ‖ praedicatur de se denominative, quia denominativa praedicatio est praedicatio accidentis de subiecto. Nihil ergo esset dicere : virtus est bona qualitas, etc.

Item, de hoc quod dicit 'qua recte vivitur'. Contra : vivere est actus gratiae sicut supra habitum est, non ergo virtutis proprie.

Item, de hoc quod dicit 'qua nemo male utitur'. Contra, Augustinus, *De civitate Dei* [67] : « Virtutes, cum ad se referuntur, nec propter aliud expetuntur, superbae et inflatae sunt, et ideo non virtutes, sed vitia nuncupandae sunt ». Ergo, cum aliquis possit superbire de virtutibus, ergo aliquis eis male utitur.

Item, 'quam solus Deus in nobis, sine nobis operatur'. Contra, Augustinus [68] : « Qui fecit te sine te, non justificat te sine te ». Ergo non operatur Deus virtutem in nobis sine nobis.

---

67. Augustinus, *De civitate Dei*, l. XIX, c. 25 (PL 41, 656).
68. Augustinus, *Sermo* 169, c. 11, n. 13 (PL 38, 923).

---

1 ad] circa *R* quaestio] primo *V* 3 propter illud] circa id *V* 7 magister] in littera *add. P* multipliciter *om. BPR* opponitur] obicitur *V* 8 hoc] illo *V* 10 si bonitate quae non est ipsa *om. BV* 12-13 praedicatur *om. V* 13-14 bonus essentialiter et bonus *om. R* 16 praedicatio[1] *om. B* accidentis] accidentalis *V* subiecto] substantia *BP* 17 qualitas] mentis *add. V* 18 de hoc] quid est *V* 20 Augustinus *om. V* 21 Dei *om. V* 22 expetuntur] expenduntur *V* 23 cum *om. P* superbire] subire *P* 25 item quam *om. P* 27 virtutem] virtutes *P* ; *om. RV* nobis[1]] illud *add. R*

Item, Bernardus, *De libero arbitrio* [69] : « Opus salutis sine duobus esse non potest : uno a quo sit, altero in quo sit. Deus est auctor salutis, liberum arbitrium capax : nec dare, nisi Deus ; nec capere, nisi liberum arbitrium potest ». Ergo non facit virtutem in nobis sine nobis.

Item, videtur quod ista definitio conveniat fructibus, beatitudinibus, gratiae et donis. Ergo non est convertibilis. Ergo non videtur bene assignata.

Responsio. Ad praedictorum intelligentiam est notantum quod virtus habet multas comparationes et secundum illas multipliciter definitur. Habet enim comparationem ad principium effectivum extra, habet comparationem ad motivum intra et ad recipiens ut ad potentiam, habet etiam comparationem ad formam, et habet comparationem ad finem. Secundum comparationem ad principium effectivum extra, sic assignatur praedicta definitio quam ponit Augustinus in hoc quod dicit 'quam Deus in nobis, sine nobis', etc. Per comparationem ad motivum intra, sic definitur a Tullio [70] : « Virtus est habitus mentis in modum naturae rationi consentaneus », quia liberum arbitrium, de sui natura, ordinatum est ‖ ad bonum et ideo recte eligens praeeligit bonum et virtus dirigit *R* 109[b] in bonum et ita in movendo conformatur. Per comparationem ad potentiam receptivam ipsius virtutis, definitur multipliciter. Aut per comparationem ad potentiam communiter aut appropriate. Si communiter, sic est ista : « Virtus est ultimum potentiae » quam ponit Philosophus [71]. Per comparationem ad potentiam appropriate, sicut animae rationalis : aut indistincte, et sic illa definitio Augustini in libro *De spiritu et anima* [72] : « Virtus est ‖ habitus mentis bene compositae » ; mens enim comprehendit *B* 292[b] plures potentias. Aut distincte, et hoc tripliciter quia liberum arbitrium comprehendit rationem et voluntatem. Potest ergo definiri in comparatione ad rationem, et sic est illa in libro *Soliloquiorum* [73] : « Virtus est ratio recta ad suum perveniens finem ». Vel per comparationem ad voluntatem, et sic *De civitate Dei* [74] : « Virtus est bona voluntas ». Vel per comparationem ad utramque et sic definit Hugo [75] : « Virtus est affectus cum

69. Bernardus, *De gratia et libero arbitrio*, c. 1, n. 2 (PL 182, 1002).

70. Cicero, *De inventione*, l. II, c. 53 (ed. M. Nisard, t. I, p. 165).

71. Aristoteles, *De caelo*, l. I, c. xi (ed. Didot, II, 385, l. 33-34) iuxta veterem translationem. Cf. *Prolegomena ad Summam Hales.*, p. CX, n° 65.

72. *De spiritu et anima* (inter op. Augustini), c. 4, (PL 40, 782).

73. Augustinus, *Soliloq.*, l. I, c. 6, n. 13 (PL 32, 876).

74. Augustinus, *De civitate Dei*, l. XIV, c. 6 (PL 41, 409) ad sensum.

75. Hugo de Sancto Victore, *Summa de sacramentis christ. fidei*, l. I, p. 6, c. 17 (PL 176, 273).

29 auctor] actor *RV* 30 nec[2] *om. R* 32 definitio *om. V* fructibus] sanctis *V* 38 ad motivum intra et *om. P* 40 comparationem *om. B* ad principium *om. V* 40-41 sic assignatur *om. P* 41 quam ponit] quod patet *P* Augustinus *om. BP* 42 sine nobis *om. BP* 44 consentaneus] consentiens *P* sui] sua *P* 44-45 ordinatum est] ordinationem habet *V* 46 movendo] modo *B* 46-47 ad potentiam *om. B* 48 appropriate] a proprietate *V* 50 appropriate] ad proprietatem *V* 51 illa] ista *B* 53 tripliciter] iterum *P* 55 in libro *om. P*

ratione ordinatus. Item, per comparationem ad formam, datur illa definitio *De moribus ecclesiae* [76] : « Virtus est ordo amoris ». Per comparationem ad finem, potest considerari dupliciter : vel per comparationem ad finem immediatum vel ad ultimum. Per comparationem ad immediatum, qui est rectificare animae potentias et dirigere, datur illa *De quantitate animae* [77] : « Virtus est aequalitas vitae rationi undique consentiens ». Per comparationem ad ultimum finem, datur illa : « Virtus est dispositio perfecti ad optimum », et haec est Philosophi [78].

Ad id quod quaeritur de illa definitione specialiter dicendum est quod illa est notificatio virtutis distinguens ipsam a non gratuitis. Unde non omnino est convertibilis. Per hoc enim quod dicitur 'bona qualitas', separatur a vitio. Per hoc quod dicitur 'recte vivitur', separatur a scientia. Per hoc quod dicitur 'nemo male utitur', separatur a potentiis, quibus
P 165[d] contingit male uti. ‖ Illud quod sequitur 'quam Deus' etc. dicit comparationem ad efficiens. Et ideo non valet quod obicitur ultimo de gratia et de donis, quia ista sunt gratuita. Tamen, si velimus sustinere quod illa definitio sit convertibilis, faciemus vim in hoc quod dicitur 'qua recte vivitur', quia rectitudo est cuius medium non exit ab extremis, et dicit comparationem ad opus exterius ordinatum in finem. Et sic patet quod non est instantia hoc modo de beatitudinibus et fructibus, quia ista spectant aliquo modo ad rationem praemii. Unde illis delectabiliter vivitur. Similiter non est instantia de gratia, quia ipsa vivitur, sed virtute
V 118[b] recte ‖ vivitur. Donis autem expedite vivitur ; sunt enim ad expediendum potentias. Et sic patet distinctio, quia gratia ad vivificandum, virtutes ad rectificandum, dona ad expediendum, beatitudines et fructus ad delectandum. Et sic patet quomodo intelligitur definitio et quomodo est convertibilis cum definito.

R 109[c] ‖ Ad ‖ illud quod obicitur de hoc quod est bona, dicunt quidam [79]
B 292[c] quod bonum dictum de creatura dicitur per ordinationem ad bonum increatum. Unde bona dicitur virtus, quia ductiva in finem. Illa autem

76. Augustinus, *De moribus eccl.*, l. I, c. 15, n. 25 (PL 32, 1322), ad sensum ; *De civitate Dei*, l. XV, c. 22 (PL 41, 467).

77. Id., *De quant. animae*, c. 16, n. 27 (PL 32, 1050).

78. Aristoteles, *Phys.*, l. VII, c. III (ed. Didot, II, 337, l. 37-38) iuxta veterem translationem. Cf. *Prolegomena ad Summam Hales.*, p. CVI, n° 36.

79. Philippus Cancellarius, *Summa de bono, Vat. lat. 7669*, f. 72[a]-73[d].

59 item *om. V* 61 ad finem... ad finem *om. V* comparationem] considerationem *B* 62 vel ad ultimum... immediatum *om. R* 63 datur *om. RV* 64 vitae *om. B* 65 finem *om. P* 66 optimum] ultimum *P* 69 qualitas *om. P* 70 separatur[1] *om. R* 70-71 a scientia... separatur *om. B* 72 uti *om. V* illud *om. (cum hiatu) B* 78 instantia] definitio *V* hoc modo *om. BP* beatitudinibus] habitudinibus *P* 79 aliquo] quodam *B* 80-81 similiter... vivitur[2] *om. P* 80 instantia] obiectio *V* 81 vivitur[2]] vivimus *R* 82 distinctio] definitio *BV* vivificandum] iustificandum *P* 83 dona] bona *V* 84 quomodo[2]] quod *BP* 85 cum definitio *om. BP*

quae virtutem habent dicuntur bona quia conductiva in finem. Et sic bonum praedicatur de virtute non essentialiter, sed causaliter ; neque mediante aliqua bonitate creata, sed increata, quia illa est finis in quem ducit virtus. Tamen potest dici aliter quod praedicari essentialiter sive dici est duobus modis : aut contra causaliter, aut contra participative. Cum enim dico 'homo est animal', hoc est essentialis praedicatio contra causalem quae est hic « dies est sol lucens super terram ». Si ergo essentialiter dicatur contra participative, sic solus Deus est bonus essentialiter, quia ipse totam habet bonitatem nec accipit ab alio. Virtus autem bona participative, quia non habet totam bonitatem. Si autem essentialiter dicatur contra causaliter, sic virtus dicitur bona essentialiter et ideo non est quaerere ulterius quo alio sit bona. Quod ergo dicitur solus Deus esse bonus essentialiter verum est contra participative. Et sic patet illud.

Ad aliud patet responsio, quia, si in primis intentionibus idem denominat se, ut unitas est una, sic potest dici in hoc quod est bonum, quamvis non possit dici iustitia est iusta, quia non est de primis intentionibus.

Ad aliud patet responsio. Per hoc quod dicitur 'recte vivitur', separatur a gratia, quia gratia vivitur, sed virtute recte vivitur.

Ad aliud quod obicitur *De civitate Dei*, dicendum est quod Augustinus loquitur de habitibus inferioribus, sicut sunt virtutes consuetudinales, non autem de virtutibus ut sunt cum caritate, quia sic sunt in finem debitum.

Ad aliud dicendum quod Deus operatur virtutem sine nobis merentibus et cooperantibus, sed non sine nobis consentientibus et recipientibus. Et sic patet illud.

[Quaestio 2. Utrum sit tantum una virtus, vel plures secundum speciem].

[**XVI**] Secundo quaeritur utrum virtus multiplicetur secundum speciem.

Quod non videtur, quia in praecedentibus habitum est quod dicit Augustinus quod virtus est bona voluntas. Sed volitum virtutis est beatitudo et illa est una. Ergo omnes virtutes sunt una voluntas, quia si volitum unum, et voluntas una. Ergo non distinguuntur secundum speciem.

Item, virtus est ordo amoris. Ergo, cum amor iste sit unus et indivisus secundum speciem, qui est forma omnis ‖ virtutis, qui quidem est amor *B* 292[d] caritatis, ergo omnes virtutes sunt unum secundum speciem.

---

90 praedicatur] *primo V* 91 aliqua] alia *BPV* quia illa *om. P* 92-93 sive dici *om. P* 94 homo] hoc *BV* hoc] huius⟨modi⟩ *R* 96 participative] participationem *BR* 97 ipse] hanc *add. B* autem] est *B* 98 essentialiter *om. P* 100 dicitur] dicit *BR* ; obicitur *P* esse] est *BPV* 102 si *om. BP* 105-106 separatur a gratia *om. BP* 106 recte *om. V* 107 de civitate dei *om. P* dei *om. B* 108 inferioribus] informantibus *RV* 111 dicendum *om. V* virtutem *om. P*

5-6 beatitudo] habitudo *BP* 6 sunt una] et iterum *P* 9-11 item... speciem *om. P*

Item, virtus est a gratia sicut ab efficiente, in libero arbitrio sicut in recipiente. Sed una est gratia et unum est liberum arbitrium. Ergo una tantum virtus.

Contra. Sicut diversificantur perfectibilia, et perfectiones. Sed virtutes sunt perfectiones potentiarum, et illae sunt plures, sicut rationalis, concupiscibilis et irascibilis. Ergo virtutes plures.

Item, sicut diversificantur obiecta, ita actus et habitus. Sed diversa sunt obiecta virtutum et diversi actus, sicut sperare, credere, diligere, et sic de aliis. Ergo diversae virtutes secundum speciem.

R 109[d] ‖ Item, plus differt fides a spe, quam fides a fide. Sed fides mea differt a fide tua secundum numerum, et sic una secundum speciem. Ergo spes differt a fide plus quam secundum numerum. Ergo differt secundum speciem.

Respondeo dicendum quod virtus multiplicatur et diversificatur se-
P 166[a] cundum speciem, et hoc est ex parte, ‖ sive in comparatione ad fines proximos et immediatos. Quaedam enim sunt in finem, sicut theologicae, quaedam in ea quae sunt ad finem, sicut cardinales, et ulterius habent diversos fines proximos. Ipsae cardinales et diversificantur etiam a parte potentiarum quas perficiunt, sicut fides rationalem, spes irascibilem, caritas concupiscibilem. Diversificantur etiam a parte modi movendi et dirigendi in finem, quia fides dirigit illuminando, spes erigendo, caritas uniendo. Et sic secundum speciem distinguuntur.

Ex his patet responsio ad obiecta. Ad illud quod primo obicitur, quod unum est volitum, dicendum quod volitum ultimum unum est, sed diversa sunt proxima, a quibus est distinctio.

Ad aliud de amore respondent quidam quod amor dicitur communiter ad quamlibet virtutem, secundum quod amor dicitur respectu proprii obiecti. Et sic amor diversificatur secundum speciem et cadit in ratione cuiuslibet virtutis. Alio modo dicitur amor proprie ad caritatem, et sic est indivisus secundum speciem et non cadit in definitione virtutis communiter. — Aliter dicitur quod duplex est forma virtutis, scilicet intra, et secundum hanc virtutes distinguuntur ad invicem essentialiter ; et est forma per comparationem ad formam exemplarem, et sic caritas dicitur esse forma omnium, quia omnes dirigit in finem ; et ratione caritatis
B 293[a] unaquaeque virtus dicitur amor, quia ‖ mediante caritate ordinatur in finem ; et ratione huius non est distinctio. Ideo non valet quod, quamvis amor sit indivisus, propter hoc virtus, quia habet distinctionem a forma intra.

---

12 a *om. V* ab *om. P* 18 ita] sic diversificantur *V* 19 diligere *om. V* 21 fide *om. BPR* 22 secundum numerum] numero *V* et sic una secundum speciem *om. R* sic una] convenit *BP* spes *om. R* 23 fide] spe *R* 23-24 ergo differt secundum speciem *om. P* 29 proximos *om. V* 29-31 et diversificantur... concupiscibilem *om. P* 32 spes] fides *V* 34 primo *om. P* 35 dicendum quod] verum est *PR* ; *om. B* unum est *om. PR* 37 aliud] dicendum *add. V* 42 scilicet *om. B* 44 exemplarem] exemplaris *BP* 45 omnes *om. R* 48 distinctionem] discretionem *V*

50 Ad ultimum patet responsio, quod multae sunt vires quas contingit perfici per virtutes, sicut supra tactum est. Unde gratia primo in anima, virtus autem primo in potentia ; et haec non est una tantum, sed plures.

Louvain. Jean Bouvy S. J.

50 contingit] convenit *P.*

Les « Lectiones duae super Marcum » de Gerson

Il ne s'agit pas de reprendre ici le problème suffisamment étudié, et élucidé [1], de l'enseignement magistral de Gerson auquel l'évangile de saint Marc a fourni le texte et la trame. Dans cet ensemble toutefois deux leçons font difficulté, celles que les éditions présentent (celle d'Ellies Du Pin entre autres, en son tome IV, col. 203-238) sous le titre de *Lectiones duae perutiles super Marcum.*

Leur disproportion dès l'abord retient l'attention ; la première ne comporte que quatre brèves colonnes ; l'autre en compte vingt-deux. Sans doute est-ce trop peu pour l'une, beaucoup pour l'autre, car la moyenne des leçons de Gerson s'établirait plutôt autour de neuf ou dix colonnes [2]. Mais il se pourrait fort bien que le texte de la première leçon ait été ici incomplètement reporté.

Le problème vient d'ailleurs, et concerne la seconde de ces leçons, celle qui a pour thème : *Vox clamantis in deserto.* Encore qu'elle se déroule sans apparente solution de continuité au cours de ses vingt-deux colonnes, deux remarques se posent à son propos et soulèvent le problème de sa composition. La première vient de l'extérieur, de l'*Annotatio tractatuum et opusculorum* dressée par le frère de Gerson, Jean le Célestin. On y voit en effet annoncer une deuxième leçon :

> Item super illo verbo « Egrediebantur ad eum Jerosolimitae universi » lectio una de duplici logica, quarum una est pro speculativis scientiis, alia pro moralibus, quae rhetorica nominatur ; et ibi de duplici vi locutionis agitur [3].

Or cette leçon *De duplici logica* se trouve ici reproduite (213B-218A) sans toutefois que rien l'annonce ; et il faut une lecture attentive pour trouver son début après sept colonnes de texte. La « lectio secunda » de l'édition ne constitue donc point un tout homogène, quoi qu'il en semble au premier abord.

---

1. P. Glorieux, *L'enseignement universitaire de Gerson*, dans *Rech. Théol. anc. méd.* 23 (1956) 88-113.

2. A en juger par exemple par le *De vita spirituali animae.*

3. A. Combes, *Essai sur la critique de Ruysbroeck par Gerson*, t. I, Paris 1945, 871.

Une autre remarque, d'ordre interne cette fois, aboutit à la même conclusion. On lit en effet, à la colonne 210C, cette référence à un développement antérieurement donné par Gerson :

> Quocirca resumo conclusionem alias positam quod vita Joannis fuit angelica et inter viatores post Christum et matrem ejus perfectissima. Deducetur ista conclusio tum ex sublimitate prophetandi, tum ex austeritate vivendi, tum tertio ex multiplicitate merendi.

Or, dans l'état actuel de notre texte, il se fait que la référence en question se vérifie dix-huit colonnes plus loin, à la fin de cette même leçon, en sa septième conclusion :

> Vita Joannis Baptistae post viam Christi et matris ejus fuit angelica et inter viatores saltem quoad aliquid perfectissima.

Il en faut bien conclure que le texte tel qu'il est reproduit a subi d'incontestables bouleversements.

Or la faute n'en est pas imputable aux éditions. Celles-ci n'ont fait que reproduire fidèlement les manuscrits, comme il est facile de s'en assurer. On ne connaît en effet que trois manuscrits qui transmettent cet ouvrage : *Paris Nat. lat. 14905*, f. 286^{v}-301 ; *17488*, f. 150^{v}-164 ; *Tours 378*, f. 111-127. Tous trois ont le même texte, également complet, dans le même ordre [4]. Le problème n'est donc que transposé et rejeté un peu plus haut.

Puisqu'il en est ainsi, le seul recours possible est l'étude attentive du texte et de sa composition. Peut-être cette critique interne pourra-t-elle suggérer quelques éléments de solution.

Il y a heureusement, dans le déroulement de la prétendue « lectio secunda », un certain nombre de séquences bien assurées et quelques indications de plan également, comme Gerson en est coutumier, qu'on se doit de relever au passage et qui pourront permettre de progresser à coup sûr.

L'analyse fournit donc les éléments suivants que nous numérotons pour la clarté de l'exposé, sans préjuger aucunement encore par là de leurs rapports respectifs.

> A. — (206C-210C). *Vox clamantis in deserto... desiderii feliciter exarsit.* Premier ensemble cohérent. Partant du texte, il célèbre S. Jean-Baptiste, qui est la voix, non le Verbe ; une voix retentissante, «vox clamosa », qui s'est fait entendre et auprès des Juifs et dans les limbes. « Et quoniam suberit locus ad loquendum amplius de deserto, transeo ad id quod sequitur : Parate viam Domini ». La voie du Seigneur, non celle de la chair,

4. Tout au plus pourrait-on relever, à deux reprises, dans le manuscrit de Tours, une indication en rouge avant « Sequitur : fuit Joannes in deserto » (123 B) et « Egrediebantur » (ibid.).

